Utrecht University Library
Partner in Science
Universiteit Utrecht

# Theses seu communes, loci totius rei Medicae. ;

https://hdl.handle.net/1874/436774

# THESES SEV COMMVNES, LOCI totius rei Medicæ.

ITEM.

DE VSV PHARMACOrum, deq; artificio ſuppreſſam aluum ciendi, Liber.

Per Othonem Brunfelſium.



ARGENTORATI EXCVDEbat Georgius Vlricher Andlanus, Anno M D XXXII.

# EPIGRAMMA

## IOHANNIS MVNTERI Gandauenſis, in harum Theſium commendationem.

ARtis Apollineæ, lector ſtudioſe, libellos
 Accipe, quos mittit πάλλαδος Otho decus.
Inſtar apis, uirides quæ ſedula peruolat herbas,
 Optima collegit mella fauoſq́; tibi.
Ac ueluti Moſes ſitienti pocula plebi
 Præbuit, incuſſa rupe, uerendus aquam,
Sic tibi doctiloquus Brunfelſius ore propinat,
 Cautibus è duris, nectar & ambroſiam.
Hos uerſa aſsiduo noctuq́; dieq́; labore,
 Ditat cultores, hic bene cultus ager.

# IOHANNES
## MVNTERVS NICOLAO
Syluio ſuo, trium linguarum pe-
ritiſſimo, Lubecenſiumq́; Aca
demiæ lectori publico.
S. P. D.

QVo diutius ac longinquius alter ab altero ſeiungimur, Nicolae doctiſſime, tu Daniæ uicinus, ego Alſatię, eò magis atq; magis tui teneor deſyderio. Nec ulla mihi die Sol exoritur, imò nullum momentū præterit, quin non ſingularem beneuolētiam, candoremq́; erga me tuum memoria mecum repetam, exoſculer, adorem. Neq; quiſquam ueterum amicorum meorum ſic cor meum penitius ſibi uendicauit, ut tu. Quod autem crebrius ſcribenti, iamdiu nihil reſponderis, non queam etiam, ſi uelim, tibi ſuccenſere, adeo de amicis ſemper optima conijcio, & uel in temporum infœlicitatem, uel in literarū

interceptores hanc culpam reijcio. Quã
propter cum nunc certo certius compertum habeam, meas ſi non ocyſſime, ſaltẽ
breui ad te literas peruẽturas, noſui prorſus ſine munuſculo ad te ire. Quonã inquies: gemmeo ne uel aureo: imo chartaceo, quod tamen nec gemmis nec auro
ſua cedat nobilitate. Quod ut intelligas,
audi me pauliſper. Quadriennium fermè eſt, q in Germaniam ſpõte me, ut noſti, receperim, hic ne nihil agerem, uiſum
eſt mihi, mea ſtudia non quidem mutare, ſed auctiora reddere, ac forte fortuna,
bonis, ut aiunt, auibus, incidi in Medicæ
palęſtræ candidatos. Quippe ad quã mihi longe magis, à pubeſcentibus annis,
q̃ ius ciuile, ſemper animus geſtijt, fuiq;
natura propenſior, utpote memor illius
Pliniani: Optimam eſſe Medicinæ exercitationem. Inter hos eſt Otho Brunfelſius, uir ſane citra iactantiam, neſcias doctior ne an exercitatior, nec ſolum de huius
artis alumnis, nõ infimo loco, bene meritus. Is me donauit hoc Aphoriſmorum
belliſſime in ſuas claſſes digeſtorum ἐγχειρίδιῳ, donatione autem ſic omnino rata,
ut mihi mancipatum uoluerit, uel cũ uitę
ne-

neciſq́; poteſtate, hoc eſt, aut ædendi, aut
ſupprimendi, ſi uelim. Verum licet non
ſim ea præditus eruditione, ut bona ſtu=
dia poſſim adiuuare, tamen id pro uirili
cupiam quàm maxime, nec inter plaudē
tes, opinor, fuerim poſtremus. Itaq; cum
mihi mirum in modum liber hic arriſe=
rit, nolui eum mihi ſoli uſui eſſe, ut faciūt
nōnulli, pręſertim uetuli, potius ad imos
manes huiuſmodi ſecum rapientes, quā
ſuperis gratificaturi. Tu igitur potior ui=
ſus es, cui hanc methodum (à qua utinā
ἐμπειρικοὶ, ſimileſq́; non abhorreant) de=
dicarem, tum ꝙ ab hac diſciplina mini=
me ſis alienus, tum ꝙ ualetudinis tuæ cu
randæ quoddam futurum ſit incitamē=
tum. Encomion operi adſcribere ſuper=
uacuum puto, quia uino uendibili nō eſt
opus ſuſpenſa hædera: probaq́; merx ſeſe
ſatis laudat. Adiecimus nos Arnoldi Ne=
ocomenſis medicinalium libros duos,
quem qui aſpernatur, ꝙ parum propitijs
Muſis ſcripſerit, quæ res, haud dubiū, cul
pa temporum contigit, is meminerit o=
portet, ꝙ non eloquentia curentur mor=
bi, ſed eruditione & experientia, ſedulaq́;
opera. Secundus liber præparationem

medicaminum continet,& artificium uẽtrem ſoluendi,quẽ plane pro ſecreto mihi donauit,atq; cõmiſit idem bonus uir, non quia tanta res ſit componere medicamina,ſed quia ab infulatis & titularibus illis magno æſtimatur,purpuraſq; largitur & cenſum. Proinde tu, cæteriq; lectores operam noſtram boni conſulite. Sed heus,ex animo gratulor tibi tantam conditionem,gratulor & prudẽtiſſimis præclare Lubecenſium Reipublicæ Senatoribus,qui tanto iudicio uirum tã eximium ciuibus ſuis præfecere. Cognoſcent ſpero & opto propediem, q̃ non penes ingratum ſalarium ſuum collocarint.Ser uet te,tuoſq;,Seruator ille noſter unicus, Rex gloriæ, & dominus potens in prælio,Chriſtus Ieſus, & uale, pridie kalendas Maias,ex Argentoratorum ciuitate clariſſima.

The=

# THESES REI MEDICAE.

Medicina.
Medicus
Homo.
Natura hominis.
Humores.
Sanguis.
Phlegma.
Cholera.
Melancholia.
Anatomia.
Morbi & eorum no-
mina.
Morborum cauſſæ.
Morborum ſymptomata.
Morborum differentiæ.
Naturales facultates.
Elementa.
Febres.
Pulſus.
Criſes.
Vrinæ.
Ratio uictus.
Deiectiones alui.
Solutio continui.
Tumores præter naturam.
Abſceſſus.
Hulcera.
Circumſtantia locorum, temporum, ætatum, & ſe
xus.
Pharmaca.
Semen genitale.
Fœtus.
Epidimiæ.
Loca affecta.
Prædictiones. Somnia.
Aſtrorum obſeruatio.
Venarum ſectio.
Hirudines.
Cucurbitulæ.
Valetudinis tuēdæ ratio.
Exercitium.
Vectio.
Geſtatio.
Vnctio.
Abſtinentia.
Affectus.
Spirationes.
Plenitudines.

# INDEX SINGVGVLORVM CAPITVM

& contentorum.


DE ſumma totius rei medicæ. 1.
De medico & eius officio. 1.2.3.4.
De circumſtantijs obſeruandis in medicando. 5
De medicamentis 5.6.
De conſuetudine non facile immutanda. 7.
De moderantia & temperamento ſeruando. 7
De pernitia nimiæ repletionis, & ratione uictus ſanorum. 8.
De ratione uictus ægrorum. 9.10.11.12.13. & 14.
De fame. 14. De uino 15
De aqua mulſa. 15. De oximelle, 16.
De melle & quibus conuenit. 16.
De aceto 17. De aqua eodem.
De temporum mutationibus. 17.18.19.
De Vere 19.21. De morbis æſtatis.eodem.
De Autumno. 20.21. De hyeme. 20.22.
De pueritia & iuuentute. 22
De craßitie & pinguedine. De macilentia. 23.
De ſenectute & eius incommodis. 23.
De ſubita mutatione uitanda 24
De ſiti.eodem. De 4 humoribus. 24.
De ſanguine. 25.
De uenæ ſectione, uel ſanguinis mißione. 26.
De atra bile. De Phlegmate. 27.


De ti-

De timore & triſtitia. 27.
De ratione morborum, & morbis curandis in generali. 28. De nàtura humana. 29
De morborum indicationibus. 30.
De præſagijs morborum in generali. 31.
De notis ex facie, 33.
De ſignis aduerſæ ualetudinis. 34
De bonis in ægrotantibus ſignis. 35
de malis ſignis ægrotantium. 36.
De ſignis longæ ualetudinis. 37.
De indutijs mortis 38.39.40.
De notis quas aliquis in ſingulis morborum generibus habere poßit 41.42.43.44.45.& 46.
Quæ notæ in quoquo morbi genere, uel ſpem, uel pericula oſtendant. 47.48.49.50.51.52.& 53.
De præſagijs ex decubitu 54.
De præſagijs ex ſomno. 55
De laßitudine. 55.
De ſignis mortis 56,57.58,59.
De aluo ducenda 59.
Quando expediat euacuare 60.61.
De aluo ducenda 62,63.64.
De alui profluuijs 65.
De Helleboro & eius uſu 66
De dyſenteria 66
De alui excrementis. 66.67.
De alui conſtrictione 68

De Phlebotomia 68.69.70.71.
De ſanguinis detractione per cucurbitulas. 72.
De balneis 73 De fricatione, 74.75.76.
De geſtatione 76. De exercitio 77
De capite De cerebro. 78.
De ſternutationibus De facie 79
De mania & phrenitide 79
De oculis. De auribus & auditu 80
De faucibus eodem
De gutture & angina De lingua 81.
De dentibus De apoplexia eodem
De morbo comitiali. 81.
De pleuritide, & morbis pectoralibus 81.82.83.
De uentre De epate 84
De hydrope 84. De tabe 85
De morbo regio 86 De ſingultu 86.
De pure & ſputo 86. De oßibus 87.
De inteſtinis 87 De lyene 88
De hemorrhoidibus 88 De urina 89.90.91.
De ſudoribus 91.92.93. De caloribus 94
De frigoribus 94.
De gerentibus in utero 95.96.
De mulieribus De menſtruis 97.
De fœtu & ſecundis 98. De ſemine & cõcep. 98.
De abſceßibus 99.100. & 101.
De podagra 101 De Ereſypilate 102.
De febribus 102.103.104.
De

De angina 107
De dolore 113
De ſomno & uigilia 115
De tuberculis 112
De ſpaſmo 115
de ſupuratione 116

INDEX IN SENTENTIAS MEDICINALES ALEXANDRI BENEDICTI.

De medico & eius officio 118
De cura morborum in generali, deq́; conferentibus et nocentibus 120
De ſanguine & ſanguinis detractione, quibuſq́; conueniat, & quo potiſsimum tempore 122.
de miniſtratione pharmacorum, de aluo ducenda, & circunſtantijs, quæ requiruntur ad eam rem 124.
de ratione uictus ſanorum & ægrorum 126
de febrium curatione eodem
de morbis qui capiti accidunt, interni & externi, & de cura eorundem 127.
de uitijs aurium 128.
de paſsionibus ſtomachi, ſingultibus, ſame, ſiti, uomitu, dolore, & id genus alijs 130
de ægritudinibus hepatis, & quæ illi accidunt, de hydrope & de eiectionibus 133.
de paſsionibus pectoris, & cordis, & præcordiorũ, & eorum cura. 129
de dyſenteria, torminibus, colica, ſtranguria, & hæmorrhoidibus 134
de ueſica, calculoſis, urina, uenere, menſtruis, & prægnantibus 135

de

de podagricis & articulorum doloribus 136
de ſolutione alui 141
de pharmacis ab extra applicitis, & euacuation. 143.
In quibus pharmacis ſomnum cõuenit prohibere. 143.
Menſura euacuationis per pharmaca eodem
Regula uitandi conſtrictionẽ uentris poſt euacua. eod.
Canones alterandi poſt pharmatiam membra diſtra-
ſiata 144
Canones menſurandi tẽpus, quod curæ ſufficiat. eodẽ.
Vlcera & ſuppurationes 137.

## INDEX SENTENTIARUM Medicinalium Arnoldi Neocomenſis, de morborum curationibus.

Fons omnis medicinæ 138
de medico eodem
de ratione & electione medicamentorum eodem
de humoribus & ſuccis malignis, deq; curatione 139.
de uentoſis & cucurbitulis 140
de Phlebothomia eodem
de curatione morborũ per inſtrumẽta chirurgica. 145
de his quæ impediunt curationem eodem
Curatio meatus innaturalis 146
Cura aſperitatis innaturalis 147.
Curatio lenitatis innaturalis 148
Exceſſus totius corporis uel membri eodem.
de diminutione ſupplenda totius corporis uel mem-
brorum 149

Corre

Correctio ſitus innaturalis eodem
de mulieribus & ſolutione continuitatis eodem
Artificium componendi potionem uulnerariam codẽ
Quæ prohibent uulneratis potione adminiſtrare 150
Quibus uulneratis competant potiones eodem
Quibus uulneratis uinum non conuenit eodem.
Artificium ſanguinem compeſcendi eodem
Artificium ſanguinem reſoluendi intra corpus 151.
Quomodo conſolidatio uulnerum procuretur codẽ
Ingenium curatiuum ulcerum ſordidorum & malignorum 152.
Canones medicandi neruos eodem
Quæ in fracturis oßium ſint obſeruanda 153
Curatio apoſtematum 253
Regimen conualeſcentium 154.
Pericula recidiuantium 155

INDEX SENTENTIARUM medicinalium Arnoldi Neocomenſis, de ſingulorum morborum remedijs, & methodo curandi eos.

AEgritudines capitis 156
Vertigo & Scotomia 159
de Epilepſia de fræneſi & litargia 160
de manica & melancholica paßione eodem
de paralıſi & apoplexia 161
Paßiones membrorum neruoſorum eodem
de Spaſmo 162 de uiſu 163

de

de membris organicis, & de paßionibus oculorũ. 163.
Aurium paßiones  Paßiones narium 164
Conſeruatio memoriæ, & aliarum uirtutum, ſanitatis cerebri 165
Canones ægritudinum, membrorum ſpiritualium, nutritiuorum & generatiuorum, & primo de ſpiritualibus 167
de ſudore  de Epate calido eodem
de febribus 168.
Adminiſtratio uini in febricitantibus eodem.
de uoce eodem
Paßiones membrorum nutritiuorum 170
de Hepate 171
Inteſtinorum & partium uentris paßiones 172
Conſeruatio in lapſis corporibus, cum iis qui lapſum corrigunt. 174
de conferentibus & nocentibus iuncturis, & primo de nocentibus eodem.
de conferentibus iuncturis 175
Arnoldi Nouicomẽſis de morbis ueſtigãdis regulæ 176
Eiuſdem Arnoldi de curatione febriũ regulæ 40. 177.

# INDEX SECVNDI LIBRI THESIVM, de uſu pharmacorum, & artificio ſuppreſſam aluum ciendi, per Othonem Brunfelſium.

Ratio

INDEX.

RAtio ſcribendi & diſponendi recepta 183
Receptas, ut uocant, diſponendi ratio alia, ex B. Montagnana alia ab ea quæ ſuperius eſt deſcripta. 184
Ordo diſponendi unguenta, emplaſtra, trageas, & electuaria eodem
Mixturarum ratio alia eodem
Regulæ aliquot de medicinarum præparatione 185.
Pondera uulgata, ut hodie habentur in uſu 186.
Canones in euacuatione obſeruandi 187.
Canones aliquot in ſolutione alui obſeruandi ex Celſo, Galeno & ueteribus 189
In quibus morbis conueniat ducere aluum ex Celſo & alijs 189
Pharmaca uentrem ducentia, ſimplicia Io. Meſue. 190.
Quæ pharmaca, à quibus membris principalibus euacuent cathartica capitis 192
Pharmaca ueterum quibus aluum purgabant 193
de his quæ catarticis miſcentur 193
Res ipſæ quibus utimur ad confectionum medicaminum eodem
Aquæ uulgares quibus communiter utuntur ad mixturas ſyroporum, & epithimatum. 194
Aquæ capitales eodem.
In quo pondere propinandi ſint ſyrupi & digeſtiua, ex Montagnana 196
Syrupi qui magno artificio conſtant eodem.

Con-

Confectio Rob. 197
Ratio confectionum eodem
Epithimata. eodem
Forma ſcribendi epithimata 198
Embrocatio, eodem
Præparatio unguentorum 199.
Forma ſcribendi unguenta eodem
Linimenta 200
Præparatio emplaſtrorum eodem.
Forma ſcribendi emplaſtra. eodem.
Confectio Trochiſcorum, & differentia pillularum & Trochiſcorum 200
Summa electuariorum calidorum 201
Summa electuariorum frigidorum 202
de decoctionibus eodem
Correctio medicinarum 204.
de doloribus ſolutiuorum, tam ſimplicium quàm compoſitorum 206
Confectio Ceratorum 211
Syrupus reſpiciens ſtomachum & cerebrum codē.
Iulep & ſyrupi differentia 212
Confectionis & electuarij differentia eodem
Mixturarum & electuariorum differentia eodem
Ex Plinij libro 26. cap. 8. 214.
Ex Dioſcoride libro 1. uentrem ſoluentia 216
Phlegma ducentia. 217.
Mixtos humores educunt, Phlegmati & choloræ communia

munia ſunt 218
De Coccognidio eodem.
De Scammonea 219
De Fumo terræ. eodem.
De Rhabarbaro eodem.
Aqua Caſei eodem.
Tamarindis eodem
Pſilio eodem.
Turbith eodem.
De Agarico 220
de colocyntide eodem.
de cucumere aſinino eodem
de Mirabolanis Kebulis & Belliricis 221,
de ſale gammato eodem
de Euphorbio & Epatorio. eodem
de Hermodactylis eodem
De ſoluentibus Melancholiam, de lapide Lazuli codē
De lapide armeno eodem
De Epithymo 222
De folijs Senæ eodem
De Chamedri eodem
Bartholomei Montagnaniæ Regulæ, de pharmacorum administratione. eodem
Eiuſdem Bartholomei canones alij, in compoſitione medicaminum 225.
De compoſitione Sacculorum 226.
De iuuamentis oculorum, olea mitigatiua 227

De

De ordinatione Clyſterium 228
Simplicia Clyſterium. eodem.
Formulæ aliquot clyſterium ordinandorum, clyſter conferens delicatis & cholicis, educens phlegma, & melancholiam 229.
Regulæ obſeruandæ in dandis clyſteribus 230.
De differentia clyſterium eodem.
Variorum clyſterium typi, eodem.

FINIS.

# ERRATA.

In epiſtola lege ἔγχεις. In eadem lege hedera. Fol. 4. fa. 2. artificem. Fol. 9. fac. 2. lin. 3. ſenibus. Fol. 15. fa. 2. lin. 16. alui biliosa. 16 lin. 6. uiribus. 22. linea 21. bruma. Eod. lin. 15. uerrucæ. 24. lin. 8. uentre. 26. lin. 15. ſanguine miſſo. 30. lin. 12. iudicationibus. & 15. iudicabunt 34. lin. 8. acres. 37. lin. 24. dele ſubſidunt. 41. fa. 2. li. 25. finitur. 44. lin. 12. lateris. 49. fa. 2. lin. ult. lege φύματα. 51. fa. 2. lin. 2. dele, deinde oriuntur. 71. fa. 2. lin. 22. medico. lin. penult. finis. 72. fa. 2. lin. 14. lege uitium. 74. lin. 1. ambientem. 81. fol. 2. lib. 3. impoſſibile. 82. lin. 11. ſpumoſum. 83. lin. 23. circuitus. 89. lin. 3. pro utrices lege uarices. 96. fa. 2. lin. 14. lege quæcunq;. 217. Cartamus. 201. diarodon. 182. gemmatum.

# THESES
## SEV LOCI COMMVNES

totius rei Medicæ, ex optimis ac uetuſtiſſimis Scriptoribus, qui Aphoriſmos & Gnomas medicinales conſcripſerũt, per Othonem Brunfelſium nuper in ordinem digeſti.

### DE SVMMA TOTIus rei Medicæ.

Vita breuis, ars uero longa, occaſio autem pręceps, experimentum periculoſum, iuditiũ difficile. Nec ſolũ ſeipſum pręſtare oportet oportuna facientem, ſed & ægrum, & aſſidentes, & exteriora. Hip. lib. 1. Aph. 1.

### DE MEDICO ET eius officio.

Omnia ſecundum rationẽ facienti, ſi nõ ſuccedat ſecundũ rationem, nõ

eſt tranſeundum, ſtante eo quod à princi pio uiſum eſt. Hip. lib. 2. Aph. 52.

Nihil perinde medico conducibile cẽ ſeo, q̃ ut prudentẽ ſe prꝑſtare laboret. Prę ſag. lib. 1. Aph. 1.

Si enim apud ægros præterita, præſen tia & futura, atq; ea quę ipſe inter narran dũ nouerit, prædixeritq́;, nihil quod æ gro uſui fuerit, ignorare putabitur. Quo fit ut audentius homines medico ſeſe cõ mittant. Pręſag. lib. 1. Aph. 23.

Etenim perquàm ſalutarem adhibe bit curationem, ſi futuras affectiones prę uiderit. Nam fieri nõ poteſt, ut omnes æ gros ſanitati reſtituat, quanquã hoc mul to præſtantius erat, q̃ futura pręnoſcere. Præſag. lib. 1. Aph. 4.

Igitur cum homines intereãt, alij qui dem ob morbi uehementiam, anteq̃ uo cetur medicus. Nonnulli uero, uocato li cet medico, repente moriũtur. Ac alij uni co duntaxat die, alij paulo longiori ſpa cio uitam extendunt, priuſq̃ medicus ar te ſuà ſingulis morbis occurrẽdo reſiſtat. Proinde harũ affectionũ naturas cogno ſcere oportet, quantũ uidelicet corporis uiribus ſint ſuperiores. Prꝑſ. li. 1. Aph. 5. 6.

Quin-

Quinetiam ſi diuinum quippiã morbis ineſt, eius quoq; prouidentiam perdiſcere. Sic enim optimo iure, & admirabilem, & bonum ſe præſtabit medicum. Præſag. lib. 1. Aph. 7. *Morbi inſligũtur à Deo, uel ethnici etiam hominis teſtimo nio.*

Quos enim ſuperſtites fore cognouerit, eos rectius quoq; ſeruabit, utpote ex multo tempore ſingula conſulte perpendens. Itaq; morituros, uicturosq́; præſentiens, atq; denuntians, omnem prorſum calumniam uitabit.

EX RASE.

QVàm plures doctorum libros legere, & ſecreta eorum inſpicere nimium confert.

Qui ex ſcientia naturali & Philoſophia adiutus non fuerit. Nec ex canonibus Logicæ, & in rebus ſæcularibus delectatur, medicus dubitabilis debet eſſe, & maxime medicinæ. *Philoſophia medico neceſſaria.*

Doctores medicinæ ægros debent cõſolari, etiamſi ſigna mortis perpendant. Corpora enim hominum ſpiritus eorũ ſequuntur.

Spiritus doctoris humilis, admodum confert ægris, & eius contrarius, non confert. *In Traſones.*

*Imperiti nihil minus quàm medici.*

Laici & qui ex ingenio proprio uolũt iudicare, & iuuenes qui res non ſunt experti, interfectores.

Decet magiſtrum ægrum interrogare, ut cauſſam ægritudinis interiorẽ cognoſcat, & poſtmodum rationabile iudiciũ præſtare poterit. Debet etiam ab alijs urinarum iudicia uidere, & earum iudicia audire, ut perueniat ad cognitionẽ morbi.

Dubitabilis eſt medicus, qui iudicat facile.

Decet magiſtrum ægri conſuetudinẽ cognoſcere in ſanitate, ut cum res ipſi placentes in ſanitate cognouerit, ei eas promittat, cum ab ægritudine ereptus fuerit.

*Contra temerarios.*

In ægritudinibus non facile proferas iudicium.

*Facile imponit urina.*

Ne facile pronuncties de urina, niſi poſtq̃ ægrum uideris, & eum interrogaueris atq; examinaueris.

EX DAMASCENO.

SI naturam iuueris, medici officium feceris.

*Medicus eſt adiutor naturæ.*

Pharmaca propinaturus, ne quid dederis quod membris officiat principalibus.

Viti-

Vitium animę, ſequitur complexio natur æ, quando igitur corpus & membra principalia patiũtur, medicinam animæ exhibe, id eſt, guſtus, odoratus & auditus.

*Medicus ſit totus in confortatione cordis*

Medici illiterati, ſimplices, & adoleſcentes, ut plurimum ſunt homicidæ.

Ingenium naturale medici, cum parua arte adiuuat naturam.

*Mars in ſexta efficit medicũ*

Interrogatus reſpõde cum iudic[illegible] & prudenter.

Cuius qualitatem complexionis [illegible]n nouiſti ſani, eius infirmitatem non fa[illegible]le quoq; deprehendes infirmi.

Credere experimento ſine ratione, fallax eſt.

*Cõtra empericos.*

Nulla ægritudo eſt, quæ non opus habeat interrogare infirmum.

Vbi plurimi concordant, & ratio atteſtatur, & experimentum comprobat, illud ante oculos ſtatuendum eſt, contrario uero contrarium.

Propter diuturnitatem ęgritudinis, nõ facile deficias ab infirmo.

Ad eam temperantiam duc infirmũ, quam habuit dum eſſet ſanus.

Non præſumas ſuper aliqua infirmita

te curanda, niſi poſt certiſſimam ſcienti-
am. Albu. lib. 2.

## EX SORANO.

De ætate medici.

Medicinæ initiandus ea ætate ſit, ex qua maxime è paruis homines tranſeunt ad magnitudinem, quod eſt in annos undecim. Hæc enim ætas eſt apta, ad ſumendam ſanctam artem medicinæ.

De habitu corporis.

Corporis magnitudinem talem habeat, ut neq; pinguis ſit, neq; breuis admodum, & ut iuuentutem liberaliter agat, & ſenectutem utilem atque facilem ducat.

Medicus ſit ſtudioſus.

Natura & animo ſit ſtudioſus, & ingenioſus, ut citius intelligat & docilis ſit.

Fortis uiribus.

Fortis ſit, ut poſſit per diem ſuſtinere labores, quoniam undiq; horrenda, & tanq; inſuauia, & alienos caſus, ſuas facit eſſe triſtitias.

Doctus.

Diſciplinarum quoque & uirtutum cæterarum nequaquàm ſit expers, & circa mores habeat diligentiam, ut & in arte ſit perfectus, & moribus ſit optimus.

Bonus uir.

Quod ſi unum de duobus defuerit,

me-

melius eſſe uidetur, eſſe bonum quàm artificum perfectum, mores habentem malos. Modeſti ſiquidem mores quod in artę deeſt, honeſtate rępenſare uidentur.

Grammaticam, Rethoricam, Arithmeticam, & Aſtronomiam ſciat, ut cognoſcat ſyderum ortus, & occaſus, & motus, & anni tempora, quòd cum ipſis & noſtra corpora permutantur, & eorum mobilitate & perturbatione, ægritudines in hominibus commouentur. *Liberaliũ artium peritus.*

Non ſit ſuperbus medicus, ſed pauperes & diuites, ſeruos & liberos pariter curet.

Mercedes ſi quidem dantur, accipiantur, & non recuſentur, ſi non dentur, non exigantur, quia quantum quiſque dederit, nō poteſt ulla exequare mercede beneficia medicinæ. *Hic canon eſt hodie abrogatus.*

Domos autem quas ingreditur, ita ingrediatur, ut ante oculos, curam habeat tantummodo laborantis.

Memor etiam ſit iuramenti Hippocratis, ut ab omni culpa ſeſe abſtineat, maxime uero à uenereo actu.

Ea quæ in domibus aguntur, & di-

cuntur, tanq̃ myſteria cęlanda exiſtimet, ſic enim & ſibi, & arti laudem acquiret.

## EX HIPPOCRATIS libro de natura humana.

SIc medicum morbis mederi oportet, habita bene cuiusq́ quod in corpore pro tempore & eius natura uiget ratione.

In primisq́ non ignorare debet, morbos qui ex impletione proficiſcuntur, exinanitione curari, & e diuerſo, qui euacuefactione proueniũt, ſanari ſaturitate, qui à labore, hos à quiete, qui ex otio, eos exercitio uinci oportere.

In ſumma, oportet medicum ſcire obſiſtere inſtantibus, & morbis, & formis, & temporibus, & ætatibus, & contenta laxare, & laxata contendere.

Multa quæ non referente ægro, medicum prænoſcere neceſſe eſt. Hip. de ratione uictus ægrorum lib. 1.

Illum medicum imprimis laudãdum cenſuerim, qui in acutis morbis, ea quæ plures enecare ſolent, longa, diuerſa ab

alijs

aliȷs ratione, in melius commutare po-teſt.

Medicos quidam arbitrantur eſſe, qui medici non ſunt, facile enim eſt apud imperitos nomina uſu comprobata proferre, aut ptiſanę cremorem, aut uinum, aut aquam nominare. Hipp. li. 1. de ratione in morbis acutis.

*Mundus uult decipi qui magis credit circulatoribus & uetulis, quã doctis uiris.*

Quia uariæ ſunt ægrorum facies, animaduertat medicus, ne ullæ ipſum occaſiones lateant, ſiue ad conſyderationem illæ pertineant, ſiue ad numerum uel parem uel imparem referantur.

Maxime uero impares dies metuendi ſunt, qui ægros in diuerſas adflictiones diſtrahere conſueuerunt.

*De obſeruatione dierum creticorum.*

Obſeruãdus namq́ primus dies, quo debilior factus eſt laborans, conſyderando initium, ex quo & unde acciderit, id enim præcipuum eſſe putatur, quod ſcire oporteat.

Itaq́ interrogãdo ægrum, hæc omnia perpendere debet, Inprimis capitis adflictionem, an dolore, grauitateq́ infeſtetur. Deinde præcordia & latera. Hęc quidem nullo ne dolore crutientur. Illa uero num laborent, aut ſuſpendantur, aut

intorqueantur, aut ſatietate grauētur, an latus doleat, an ſimul cum dolore tuſſis, aut tormina, aut uentris dolor infeſtet, & ſecundum hæc afferto remedia.

## DE CIRCVNSTANTIIS obſeruandis in medicando.

ANte omnia inſpicere oportet regionem, & tempus, & ætatem, & morbos, in quibus conueniat, aut non. Hip. lib. 1. Aph. 2.

Condonandum etiam aliquid tempori, ætati & conſuetudini.

Quę ex longo tempore conſueta ſunt, inſuetis minus moleſtare ſolent. Oportet igitur ad inſueta permutari.

Inſpicere oportet & conſyderare hominis naturam, ætatem, formam, & anni tempus, & morbi genus, & uictū mutare, & remedia facere, modo demēdo, modo addendo, & omnem curationē, ad cuiuſq; ætatis habitum, tempora, formas, morboſq; dirigere.

## DE MEDICAMENTIS.

QVi ſalubritatem corporis habent, per medicamenta euacuati, cito exſoluuntur, & qui prauo utūtur cibo. Hip. lib. 2. Aph. 36.

Qui

Qui bene ſe habent corpore, difficulter ferũt medicationes. Lib. 2. Aph. 37.

Omnia ſecundum rationem facienti, ſi non ſuccedat ſecundum rationem, nõ eſt tranſeundum ad aliud, ſtãte eo quod à principio uiſum eſt. Lib. 2. Aph. 52.

Ex medicamenti potione, conuulſio letalis. Lib. 7. Aph. 25.

## EX RASE ET DAmaſceno.

COgnitis medicamentis eſt utendũ, quorum haberi copia poteſt. Et quæ non es expertus, omitte.

*At hodie peregrina quæq; delectant.*

Medicinæ quædam dantur poſt cœnam, & ante dormitionem.

Infirmis & iamiam defectis, nulla medicamina, aut cibaria danda, niſi ea quæ facile patitur natura.

Medicina temperamento uicina, odoriferaq;, ſi cibus quoq; fieri poteſt, optimũ eſt.

Ne unq; fortem medicinam propinaueris, ne & animum & corpus diſſoluas.

Medicina ſtiptica, odorifera, temperamento propinqua, principalia membra confortat, ea igitur tibi præcipue eſt utendum.

*Pauca ſed electa, & ea certiſſima expedit habere in prõptu*

Medicamina pauca tibi tenenda ſunt, et quorum operationes & uires iam multotiens es expertus. Totius enim multitudinis notitia eſt incomprehenſibilis, ne cum per ſingula uolueris inquirendo diſcurrere, multiplici diuerſitate diſtractus, neſcias cui debeas adhærere.

Oportet quoq; medicinam attemperare ad ſimilitudinem operantis naturæ, ſi dura uel tarda fuerit, non ſecundum quod uidetur iuuamentum habere abſq; tatione.

In nullum morbum medicina conferẽda eſt, quæ ad complexionem eius uel ex toto, uel parte non pertineat.

*Laus Herbarij & ſimpliciũ.*

Simplices medicinæ dubitabiles non ſunt. Compoſitæ uero moderate & prudenter ſunt adhibendæ.

Spiritus malus deſtruitur, cũ quis propter ægritudinem membrorum nõ principalium accipit fortem medicinam, quę membra principalia reſoluit, & complexionem deſtruit eorum.

*De circunſtantijs obſeruandis.*

Oportet remedia adhiberi cum morbi occaſione, repugnando, tum etiam uictus genera mutando. Inſpecta tamen & conſyderata hominis natura, ætate, forma

ma, & anni tempore, & morbi genere, debes uictum mutare, & remedia facere, modo demendo, modo addendo. Hip. de natura humana.

Veteres paucis admodum medicamẽtis uſi ſunt. Nam præter ea quæ de acutis morbis præcipiunt, hæc duntaxat tradiderunt. Elaterium, id eſt, medicamentũ quod purgãdi uim obtinet, ſerum, lactis ſuo tempore potum. Quæ ſi ſatis ad morborum curationem fuiſſent extollenda, ut quæ pauca admodum, ſed quibus nihil deeſſet, præſcripſiſſent. Id uero longe abeſt à ueritate.

DE CONSVETVDINE non facile immutanda.

QVi conſueti ſolitos labores ferre, & ſi fuerint imbecilles & ſenes, non cõſuetis, fortibus atq; iuuenibus facilius ferunt. Lib. 2. Aph. 49.

Quę ex longo tempore conſueta ſunt, & ſi deteriora ſunt, inſuetis minus moleſtare ſolẽt. Oportet igitur ad inſueta permutari. Lib. 2. Aph. o .

RAZES ET DAMAS.

Homines à conſuetudinibus remouere, ſi conſuetudo fuerit antiqua, periculo

ſum

ſum eſt. Vide ad hoc Tit. de circunſtantijs obſeruandis in medicando.

HIPPOCRATES LIbro 2. de ratione uictus in morbis acutis.

MVtationem laudo, ſi modica fuerit; recta enim debet eſſe mutationis translatio.

Vt rectam uictus rationem inſtituas, ſalubria præcepta, quæ per bonam ualetudinem obſeruanda ſunt, perpendere oportet.

Quibus conſuetudo fuerit bis die cibũ aſſumere, ij niſi pranſi fuerint, imbecilli, ægrotiq́ ac ignaui redduntur.

*Vues eyner gewonthat, das iſt ſein ſpeis.*

Ventriculus cibos uel malos, & potiones facile ſuſtinet. At idem tum cibos tũ potiones, quamuis ſuapte natura uicio careant, grauiter fert, ſi præter conſuetudinem ingerantur.

DE MODERANTIA & temperamento ſeruando.

NOn ſacietas, non fames, neq; aliud quicquam, quod modum naturæ exceſſerit. Hip. lib. 2. Aph. 4.

Somnus atq; uigilia, utraq; ſi modum exceſſerit, malum. Eodem Aph. 3.

Euacuationes quæ ad extremum deducunt periculoſæ. Et rurſus, refectiones ſi extremæ fuerint, periculoſæ. Hip. lib. 1. Aph. 3.

Vbi cibus præter naturam plus ingeſtus eſt, hic morbum facit, oſtendit autẽ ſanatio. Lib. 2. Aph. 17.

Plurimũ atq; repente euacuare uel replere, uel calefacere, uel refrigerare, ſiue quouis alio modo corpus mouere, periculoſum. Quoniam omne nimis eſt naturæ inimicum. Sed quod paulatim fit, tutum eſt, tum aliàs, tum cum ab altero ad alterum tranſitus eſt. Vide Tit. de conſuetudine. Item Tit. de circunſtantijs obſeruandis in medicando. Nota.

Somnus & uigilia utrinq; modum excedentia, morbus. Lib. 7. Aph. 68.

## DE PERNITIE NIMIAE repletionis, & ratione uictus ſanorum.

REfectiones cum extremæ fuerit, periculoſæ. Hip. lib. 1. Aph. 3.

Vide titulo de aluo ducenda, Aphoriſmo: Habitus exercitatorum.

Se-

Senes facillime ieiunium ferunt. Secundo loco qui ætatem conſiſtentem habent, minus adoleſcentes, omnium minime pueri, præſertim qui inter ipſos ſũt uiuidiores. Hip. lib. 1. Aph. 13.

Qui creſcunt plurimum habent calidi innati, plurimo igitur indigent alimento, alioquin corpus aſſumitur. Senibus uero, parum calidi innati eſt, paucis propterea fomitibus egent, quia à multis extinguuntur. Eam ob cauſſam febres ſenibus, non ſimiliter acutæ fiunt, frigidum enim eorum corpus. Hip. lib. 1. Aph. 15.

Febres.

Ventres hyeme & uere natura calidiſſimi ſunt, & ſomni lõgiſſimi. Quare per ea tempora alimenta copioſiora ſunt exhibenda. Etenim tunc calor innatus plurimus eſt, unde & pluribus ægent alimẽtis, indicio ſunt ætates & athlethæ.

Impura corpora quanto plus nutries tanto plus lædes lib. 2. Aph. 10.

Facilius eſt impleri potu quàm cibis. Lib. 2. Aph. 11.

Vbi cibus præter naturam plus ingeſtus eſt, hic morbum facit, oſtẽdit autem ſanatio Lib. 2. Aph. 17.

Eorum quæ uniuerſim & uelociter nutri-

triunt, ueloces quoq; fiunt excretiones. Lib.2.Aph.18.

Vbi fames, laborandum non eſt. Lib. 2.Aph.16.

Parum deterior potus, aut cibus, ſuauior autem, melioribus quidem, ſed minus ſuauibus eſt conferẽdus. Lib.2.Aph.38.

Ex multa potatione rigor & deſipientia, malum. Lib.7.Aph.7.

Corpora humida parum comedunt, plurimum egerunt, difficulter curantur. Dam.

Ieiunare in æſtate corpus ſiccat, colorẽ citrinat, melancholiam parit, nec non & uiſum perturbat Dam.

## DE RATIONE VICTVS ægrorum.

VIctus tenuis atq; exquiſitus, in morbis quidem longis ſemper, in acutis uero, in quibus non conuenit, periculoſus. Et rurſus, quæ ad extremum uenerit tenuitas, grauis eſt. Nam & repletiones quæ ad extremũ deueniunt, graues ſunt. Hip.lib.1.Aph.4.

*Ratio quia natura à tali uictu debilitatur & ad eam tranſitus eſt inſuetus.*

In tenui uictu ægri delinquunt, quo fit, ut magis lædantur. Hip.lib.1.Aph.5.

Quicunq; enim error committitur magnus, maior in hoc fit, quã in paulo pleniori uictu, propterea etiam ſenis periculoſus exiſtit.

Valde exquiſitus uictus & cõſtitutus, quoniam errores grauius ferunt. Et ob hoc igitur tenuis uictus, atq; admodum exquiſitus, eo qui ſit paulo plenior magis periculoſus.

Vbi morbus peracutus eſt, ſtatim extremos habet labores, & extreme tenuiſſimo uictu utendum. Vbi uero nõ, ſed pleniorem uictum contingit adhibere, tantum cibi indulgendum eſt, quanto morbis extremis eſt melior. Hip. lib. 1. Aph. 7.

Quando morbus in ſuo uigore conſtiterit, tunc uictu tenuiſſimo utendum eſt. Hip. lib. 1. Aph. 8.

Coniectari autem oportet, an æger cũ uictu ſufficiat perdurare, donec morbus conſiſtat, & nunquid prius ille deficiat, nec poſſit cum uictu perdurare, uel morbus antea deficiat atq; hẹbeteſcat. Lib. 1. Aph. 9.

Quibus igitur morbus ſtatim conſiſtit, iȷs ſtatim tenuis uictus adhibendus eſt, quibus uero poſterius debet conſiſte-

re

re,his & in ipſo conſiſtendi tempore, & parum ante illud cibus ſubtrahēdus, prius uero uberius agendum, ut æger ſuffici at. Lib, eodem. Aph. 10.

In acceſſionibus abſtinere oportet, nā cibum dare nociuum eſt. Et quibus per circuitum fiunt acceſſiones, in ipſa acceſſione abſtinere oportet. Eodē lib. Aph. 11.

Victus humidus febricitantibus omnibus confert, maxime uero pueris, & alijs qui tali uictu uti cōſueuerūt. Lib. 1. Aph. 16.

Et quibus ſemel, aut bis, & quidē plura ne an pauciora particulatim oporteat afferre, conſyderādum, condonandum autem aliquid tempori, ætati, conſuetudini. Lib. 1. Aph. 17.

Aeſtati & autumno cibos difficillime ferunt, hyeme facillime. Secundum locū uer habet. Lib. 1. Aph. 18.

His qui per circuitus acceſſionem habent, nihil dare oportet, neq; cogere, ſed ſubtrahere, adiectione ante iudicationes. Lib. 1. Aph. 19.

Quæ longo tempore extenuantur corpora, lente reficere oportet, quæ uero breui, breuiter. Lib. 2. Aph. 7.

Si à morbo cibum aſſumens quis, non

corroboratur, pluri alimento, corpus uti ſignificatur. Quod ſi non aſſumente ciz bum hoc accidat, ſcire oportet, quod æz get euacuatione Lib.2. Aph.8.

Impura corpora, quanto plus nutries, tanto plus lædes. Lib.2. Aph.10.

Eius qui ex ægritudine bene cibatur, nihil ꝓficere corpus, malũ. Lib.2. Aph.31.

Omnes ferè qui male habent, circa ini tia bene cibati, nec quicquam proficien= tes, circa finem cibum rurſum non appe= tunt, poſtea bene appetentes, ij melius e= uadunt Lib 2. Aph.32.

Lac dare caput dolẽtibus malũ, malũ uero & febricitãtibus, & qbus ilia ſuſpẽſa murmurãt, & ſiticuloſis. Malũ autẽ & q= bus in febribus acutis bilioſę ſunt deie= ctiones, & quibus ſanguinis multi facta eiectio eſt. Cõuenit aũt & tabidis dare, q nõ ualde multũ febricitãt, & in febribus longis & paruis, ſi nullum ex ſupra dictis ſignis affuerit, & præter rationem con= ſumptis. Lib.5. Aph.64.

In diuturno morbo faſtidiuim cibi, & deiectiones ſyncerę, malũ. Lib 7. Aph.6.

Præſtat cum dieta potius curare, ſi poſ ſit fieri, q̃ cum pharmacis Dam.

Con

Conualeſcentes ſecundum infirmitatem ſuam debent tractari, non tamen ex toto permittantur haberi, pro ut antea ſani conſueuerunt. Dam.

Ab infirmitate conualeſcentibus non eſt negandus cibus deterior, ſi hunc appetiuerint, ſed data quadam opera attemperandus ne noceat. Dam.

EX. CORNELIO
Celſo.

INitia morborum, primum famem, ſitimq́ꝫ deſyderant, ipſi deinde morbi, moderationem, ut neqꝫ aliud quàm expedit, neqꝫ eius ipſius nimium ſumatur.

Non cõuenit iuxta inediam, protinus ſatietatem eſſe.

Si ſanis corporibus inutile eſt, ubi aliqua neceſſitas famem fecit, quanto inutilius eſt in corpore etiam ægro?

Nulla res magis adiuuat laborantem, quàm tempeſtiua abſtinentia.

Scire igitur oportet, omnia legumina, quæq́ꝫ ex frumentis panificia ſunt, generis ualenitſſimi eſſe.

Id ualentiſſimum uoco, in quo plurimum alimenti eſt.

Item omne animal quadrupes domi-

natum, omnem grandem feram, quales
*Hæc infir-* ſunt: capræ, ceruus, aper, onager, omnẽ
*mis nequa* grandem auem, quales ſunt: anſer, & pa-
*quã conue* uo & grus. Omnes beluas maximas, ex
*niunt.* quibus κῆτος eſt, quæq; his pares ſunt. Itẽ
*Carnes be* mel & caſeum. Quo minus mirum eſt,
*luarij.* opus piſtorium, ualétiſſimum eſſe, quod
ex frumento, adipe, melle, caſeo conſtat.

In media uero materia, numerari ex
*Quæ me-* oleribus debere ea, quorum radices uel
*diocrẽ ali-* bulbos aſſumimus. Ex quadrupedibus,
*moniã præ* leporem.
*ſtent.* Aues omnes à minimis ad phœnico-
*Aues.* pterum, item piſces omnes, qui ſalem nõ
*Piſces.* patiuntur, ſolidiue ſaliuntur.

Imbecilliſſimam uero materiam eſſe
*Olera.* omne olus, & quicquid in cauliculo na-
ſcitur, qualis eſt cucurbita, & cucumis, &
capparis. Omnia poma, oleas, & cochle
as, itemq; conchilia.

Plus alimenti eſt in carne, quàm in ul-
*Caro.* lo alio.

Firmius eſt triticum quàm milium, id
*Panis.* ipſum quàm ordeum, & ex tritico firmiſ
ſima ſiligo, ſimila deinde cui nihil adem
ptum eſt, quod αὐτόπυρον Græci uocant,
infirmior eſt ex polline, infirmiſſimus ci-
barius panis. Ex

Ex leguminibus uero ualentior faba, uel lenticula, quàm piſum.

Ex oleribus ualentior rapa, napiq́ & omnes bulbi (in quibus cepam quoq; & allium numero) quàm paſtinaca, uel quę ſpecialiter, radicula appellatur. Item firmior braſſica, & beta, & porrum, q̃ lactuca uel cucurbita, uel aſparagus. *Legumina* *Radices.*

At ex fructibus ſurculorum ualentiores uuæ, ficus, nuces, palmulæ, quàm quę poma proprie nominantur. *Fructus.*

Atq; ex his ipſis firmiora quæ ſuccoſa, quàm quæ frigida ſunt. Itemq́; ex his auibus quæ in media ſpecie ſunt, ualentiora quæ pedibus, quàm quæ uolatu magis utuntur, & ex his quæ uolatu fidunt, firmiores ſunt, quæ grandiores aues, quàm quæ minutæ ſunt, ut ficedula & turdus. Atq; eæ quoq; quæ in aqua degunt, leuiorem cibum præſtant, quàm quæ natandi ſcientiam non habent.

Inter domeſticas uero quadrupedes leuiſſima ſuilla eſt, grauiſſima bubula. *Caro quadrupedũ.*

Itemq́; ex feris quo maius quodq́; animal, eo robuſtior ex eo cibus eſt. *Feræ.*

Piſciumq́; eorum, qui ex media materia ſunt, quibus maxime utuntur, tamen *Piſces.*

grauiſſimi ſunt, ex quibus ſalſamenta quoq; fieri poſſunt, qualis lacertus eſt, deinde qui quamuis teneriores, tamen duri ſunt, ut aurata coruus, ſcarus, occulata, tum plani, poſt quos etiam leuiores lupi, mulliq́;, & poſt hos omnes ſaxatiles.

Neq; uero in generibus rerum tantummodo diſcrimẽ eſt, ſed etiã in ipſis, quod & ætate fit, & membro & ſolo, & cœlo, & habitu.

Nam quadrupes animal omne ſi lactans eſt, minus alimenti præſtat.

Item quo tenerior pullus cohortalis eſt.

In piſcibus quoq; media ætas, quę nõdum ſummam magnitudinem impleuit.

Deinde ex eodem ſuæ ungulæ, roſtrũ, aures, cerebellum.

Ex agno, hędóue, cum petiolis, totum caput aliquanto, quàm cætera membra leuiora ſunt, adeo ut in media materia poni poſſint.

Ex auibus, colla, alæue recte infirmis annumerãtur. Quod ad ſolum uero pertinet, frumentum quoq; ualentius eſt collinum, quàm campeſtre.

Leui-

Leuior piſcis inter ſaxa æditus, q̃ in harena, leuior in harena quàm limo.

Quo fit ut ex ſtagno, uel lacu, uel flumine eadem genera grauiora ſint, leuiorq́; quæ in alto, quàm qui in uado uixit.

Omne etiam ferum animal, domeſtico leuius, & quodcunq; humido cœlo, q̃ quod ſicco natum eſt.

Deinde eadem omnia pinguia, quàm macra, recentia, q̃ ſalſa, noua q̃ uetuſta, plus alimenti habent.

Tum res eadem magis alit iurulenta, q̃ aſſa, magis aſſa q̃ frixa.

Ouum durum ualentiſſimæ materiæ eſt, molle uel ſorbile imbecilliſſimæ. Cumq́; panificia omnia firmiſſima ſint, elota tamen quædam genera frumenti, ut alica, ὄρυζα, ptiſana, uel ex iiſdem facta ſorbitio, uel pulticula.

Et aqua quoq; madens panis, imbecilliſſimis annumerari poteſt.

Ex potionibus uero, quæcunq; ex frumentis factę ſunt, itemq́; lac, mulſum, defrutum, paſſum uinum aut dulce, aut uehemens, aut muſtum, aut magnę uetuſtatis, ualentiſſimi generis eſt.

At acetum, & id uinum quod pauco-

rum annorum, uel auſterum, uel lene eſt, in media materia eſt. Ideoq́ infirmis nũquàm generis alterius dari debet.

*Ceruiſia.* Aqua omnium imbecilliſſima eſt, firmiorq́ ex frumento potio eſt, quo firmius fuit ipſum frumentum, firmior ex eo uino, quod bono ſolo, quã quod tenui, quoq; tẽperato cœlo, q̃ quod aut nimis humido aut nimis ſicco, nimiumq́ aut frigido, aut calido natum eſt.

*Mulſum.* Mulſum quo plus mellis habet, defrutum, quo magis incoctum, paſſum quo ex ſicciore uua eſt, eo ualentius eſt.

*Aqua.* Aqua leniſſima pluuialis eſt, deinde fontana, cum ex flumine, tum ex puteo, poſt hęc ex niue, aut glacie, grauior his ex lacu, grauiſſima ex palude. Facilis etiam & neceſſaria cognitio eſt naturã eius requirentibus. Nam leuis, pondere adparet, & ex his quæ pondere pares ſunt, eo melior quoq; eſt, quo celerius & calefit et frigeſcit, quoq; celerius ex ea legumina percoquuntur. Fere uero ſequitur, ut quo ualẽtior quæq; materia eſt, eo minus facile cõcoquatur, ſed ſi cõcocta eſt, plus alat.

Itaq; utendum eſt materiæ genere pro uiribus, modusq́ omnibus pro genere ſumendus. Et-

Ergo imbecillis hominibus, rebus in=
firmiſſimis opus eſt.

Mediocriter firmos media materia, o=
ptime ſuſtinet, & robuſtis apta, ualidiſſi=
ma eſt.

Plus deinde aliquis aſſumere ex leuio
ribus poteſt, magis in his quæ ualentiſſi=
ma ſunt, temperare ſibi debet.

## EX HIPPOCRATIS libro primo de ratione ui= ctus in morbis acutis.

IN morbis acutis, ptiſana rectiſſime cæ=
teris quæ ex frugibus conſtant pulmen
tarijs antefertur.

Nam uiſcoſitas eius lenis, continua, iu
cunda, lubrica, & modice laxa eſt, ſitim
arcet, & ubi ablutione eſt opus, facile de=
ſcendit, non adſtringit, non uellicat gra=
uiter, neq; in uentre tumeſcit, quippe dũ
decoqueretur, tumuit, quãtum maxime
intumeſcere oportuit.

Vetant ptiſanam miniſtrare uenę inci
ſio, medicamentum, & clyſter.

Similiter in aridiſſimis morbis, haud
ita multum dare conuenit, ſed ante ſorbi
tionem, aut aquam mulſam, aut uinum,
utrum magis profuturum exiſtimaueris.

Pti=

Ptiſanam ex hordeo q̄ optimo facere, & eam probe concoquere oportet, alioqui niſi exquiſite præparetur, noxia ſæpe fit.

Non dabis ptiſanam his, quibus cibus adhuc recens concluſus eſt, quibus laterū dolor continuus eſt, atq; calidis fomentis non lauantur, neq; procedit ſputum, ſed lentum & incoctum eſt.

DE FAME.

VBi fames, laborandum non eſt Lib. 2. Aph. 16.

Famem thorexis, id eſt, uini potio ſoluit. Lib. 2. Aph. 21.

Corporibus carnes habentibus humidas, famem adhibere conuenit, fames enim corpora ſiccat. Lib. 7. Aph. 60.

EX CELSO LIBRO 2. cap. 15.

ABſtinentiæ duo ſunt genera, alterū, ubi nihil aſſumit æger: alterum, ubi non niſi quod oportet.

Initia morborum primum famem, ſitimq; deſyderant, ipſi deinde morbi moderationē, ut neq; aliud quàm expedit, neq; eius ipſius nimium ſumatur.

Neq; enim conuenit iuxta inediā protinus ſatietatem eſſe.

Quod ſi ſanis quoq; corporibus inutile eſt, ubi aliqua neceſſitas famem fecit, quanto inutilius eſt in corpore etiam ægro?

Neq; ulla res magis adiuuat laborantem, q̃ tempeſtiua abſtinentia.

## DE VINO.

DVlce uinum non adeo ut uinoſum capiti grauitatem adfert, & minus tentat mentem, nec ullum aliud tam facile per inteſtina deſcendit, ſed iecur & lienem in tumorem attollit. Et ne his quidẽ utile eſt, in quibus amara bilis exuperat. Nam ſitim infert, & ſuperiorem inteſtinorum partem inflat. Hip. lib. 3. de ratione uictus in morbis acutis.

Dulce uinum albo minus urinam cit; ſed nullũ aliud efficatius promouet ſputum, niſi cum ſitim induxerit, tum enim minus euocat ſputum. Idem.

Vinum album, uinoſum, omni alio facilius ad ueſicam tranſit, urinam ciet, magnumq; ſemper auxilium in acutis morbis afferre ſolet.

Fuluum uinum, & nigrum auſterum, capitis grauitatem inducit, mẽtem attingit, & urinæ atq; ſputi exitum impedit.

A ui-

A uino albo & reliquis id genus, tum maxime abſtinendum eſt, cum alui excrementa, & mollia & ramentoſa fuerint.

## DE AQVA MVLSA.

AQua mulſa per totum morbi acuti decurſum epota, his qui amara bile abundant, & quibus tumida ſunt uiſcera, minus conuenit, quaſi ſitim ut uinum dulce excitat non adeo · Hip lib. 3 · de ratione uictus in morbis acutis.

Aqua mulſa pulmonem inprimis lenit, ſputum mediocriter educit, & propter abſtergendi facultatem, tuſſientibus quoq; utile eſt ·

Præterea urinam efficaciter cit, niſi uiſcoſum aliquid obſtiterit, alui, bili, ęſa excrementa educit·

Aqua mulſa quo fuerit dulcior, eo efficatiorem ſputi uim obtinet, atq; pulmonem reddit leniorem·

Mulſa aqua quæ minus diluta fuerit, alui ſpumoſa excrementa, & ſupra modum linoſa, & calidiora magis quàm diluciordcucit·

Aqua mulſa à ptiſanæ ſorbitione epota, uehementer replet & inflat, uiſceraq; in præcordijs lædit.

De

## DE MELLE ET QVIbus conuenit.

COctum mel aſpicientibus quidẽ longe præſtantius crudo uidetur. Eſt enim ſplendidum tenue, cãdidum & perſpicuum, ſed quibus ab eo iuribus differat, equidem non intelligo. Hip. lib. 3. de ratione uictus in morbis acutis.

Aliquando tamen cocto melle utendum, maxime ſi uicioſum, impurum, nigrum, & haudquaꝗ iucundi odoris mel fuerit, ſiquidem plurima eiuſmodi uicia coctio tollit.

## DE OXIMELLE.

POcio oximellis plurimum cõuenit, ſi in tempore detur, & his quibus nõ repugnat. Hip. lib. 3. de ratione uictus in morbis acutis.

Qui pernitioſo morbo laborant, qui non tuſſiunt, neqꝫ ea quæ intus ſunt, nimis oximel dandum non eſt, materiam enim magis uiſcoſam reddit.

Cum dare decreueris, perquàm tepidum ſit, ſtudendum eſt, at neqꝫ affatim, ſed paulatim exhibendum eſt.

Oximel quod non adeo fuerit acidũ, & fauces humectat, ſputum euocat, ſitim com=

compeſcit, præcordijs, uiſceribus, cæte=riſq; id genus partibus amicum eſt. Ete=nim mellis noxas reprimit, nempe eius bilioſa, flatus diſcutit, urinam ciet, ſed in=teſtini partem imam laxat, & ramenta e=licit.

Atqui in acutis morbis inutiliter non=nunq; exhibetur, præcipue uero, quia nõ ſolum flatum cohibet, uerũ rurſum ipſũ reuerti cogit, uires frangit, & morborum extremas partes infrigidat.

Huius quidem potionis paululum no ctu acieiuno, ante uidelicet ſorbitionem recte propinatur, quanquam nihil prohi bet ipſam à ſorbitione quoq; bibere, mo=do longum interueniat ſpacium.

Porro qui in uictus ratione ſola potio=ne, poſthabitis ſorbitionibus utuntur, ijs ipſis non ſemper exhibere conuenit, uel ob hanc maxime cauſſam, quod inteſti=na abrodit, & exaſperat, utpote tum ni=hil ſtercorum continentia.

Quòd ſi per uniuerſum morbi decur=ſum ab hac potione, eaq; multa præſidiũ aliquod expectaueris, paulum aceti in=funde, tantum uidelicet, ut guſtanti dun taxat ſenſum moueat, ſic enim citra nox=
am

am debita auxilia præſtabit.

## DE ACETO.

ACuta uis aceti his magis qui amara, ꝙ quibus atra bilis exuperat, cõferre ſolet.

Quippe amara ab ipſo diſſoluuntur, & agitantur, ac in pituitam degenerant. Atra uero bilis in maſſam attollitur & multiplicatur, nam acetum atram bilem parit.

Mulieribus longe magis ꝙ uiris aduerſatur acetum, utpote quod uterum dolore cruciat. Hip. lib. 3. de ratione uictus in morbis acutis.

## DE AQVA.

AQua in morbis acutis potui datur, nec aliud præſidium ab eo petendũ cẽſeo. Hip. lib. 3. de ratione uictus in morbis acutis.

Non eſt alia potio quę minus ſputum producat, ſi quis crebro eam biberit.

Aqua bilem parit in his qui ſuapte natura bilioſi ſunt.

Præcordiĳsq́ infeſta eſt aqua, ubi uacuo uentriculo ingeritur, utq́ longe peſſima & bilioſa redditur, ita uires maxime proſternit.

Incommoda aquæ hæc potiſſimum ſunt, lienem & iecur attollit, fluctuat, ſupernatat, tarde tranſmittitur, utpote frigida, & coctu difficilis, non ducit aluum, non ciet urinam, atq; ex eo quoq; uicioſa eſt, quod ſtercorum ſuapte natura expers eſt.

Qui aquã refrigeratis pedibus aliquando biberit, ex propoſitis noxis omnibus, illa multo grauius ipſum afficiet, ad quã fuerit procliuior.

In quibus morbis timueris, ne uel caput uehementer grauetur, uel mens tentetur. Tum uel aquam uel uinum aquoſum, & album, & haudquaq; odorũ exhibere oportet. Deinde paulum aquę ſuperbibere.

## DE TEMPORVM MVtationibus.

MVtationes temporum potiſſimum pariunt morbos, & in quibuſdam temporibus magnæ mutationes, aut frigoris, aut caloris, & alia pro ratione eodem modo. Hip. lib. 3. Aph. 1.

Naturarum hæ quidem ad hyemem, hæ uero ad æſtatem bene maléue habẽt. Lib. 3. Aph. 2.

Morbi

Morbi quoq; alij ad alia bene uel ma=
le ſe habent, & quædam ætates ad tem=
pora & loca, & uictus genera. Lib. 3. Aph.
tertio.

In temporibus, quando eodē die mo=
do calor, modo frigus fit, autūnales mor
bos expectare oportet. Lib. 3. Aph. 4.

Auſtri admodum hęberantes, caligi=
noſi, caput grauantes, pigri, diſſoluentes,
quando huiuſmodi tempeſtas præualue
rit, talia in morbis patiuntur. At ſi aquilo
nia fuerint, tuſſes, fauces, alui duræ, diffi=
cultates urinæ, horrores, coſtarum dolo=
res, & pectoris, quum hæc tempeſtas prę
ualuerit, talia in morbis expectare opor=
tet. Lib. 3. Aph. 5.

Quando æſtas fit ueri ſimilis, ſudores
in febribus multos expectare oportet. li.
3. Aph. 6.

In ſiccitatibus febres acutæ fiunt, & ſi
annus magna ex parte talis fuerit, qualē
fecerit conſtitutionem, tales plurimum
morbos oportet expectare. Lib. 3. Aph. 7.

In conſtantibus temporibus, cum tem
peſtiue tempeſtiua redduntur, morbi cō
ſtantes & boni iudicij fiunt. In inconſtan
tibus, inconſtantes, & mali iudicij. Lib. 3.
Aph 8.

Autumno morbi acutiſſimi atq; exitia les, maxima ex parte. Ver uero ſaluberri- mum & minime exitiale. Lib. 3. Aph. 9.

Autumnus calidus, malus. Lib. 3.

De temporibus ſi quidem hyems ſic- ca, & aquilonia fuerit. Ver uero pluuio- ſum, & auſtrale. Neceſſe eſt æſtate febres acutas & lippitudines, Græci ophthalmi as uocant, & inteſtinorum difficultates. præcipue uero mulieribus, & uiris qui na tura ſunt humidiores. Lib. 3. Aph. 11.

Si uero hyems auſtralis, & pluuioſa & ſerena fuerit, uer autem ſiccum & aquilo nium, mulieres quibus partus ad uer in- eſt, ex quacunq; occaſione abortiũt. Quæ uero pariẽt, imbecillos & morbidos in- fantes pariunt, quare uel ſtatim intereũt, uel tenues, uel ualetudinarij uiuunt. Cæ- teris uero difficultates inteſtinorum lip- pitudines ſiccæ fiunt. Senioribus uero di ſtillationes, quæ cito interimunt. Lib. 3. Aph. 12.

Si uero æſtas ſicca fuerit & aquilonia, autũnus uero pluuioſus & auſtralis. Do- lores capitis ad hiemem fiunt, & tuſſes et raucedines, atq; grauedines. Quibuſdam autem & tabes. Lib. 3. Aph. 13.

Si

Si uero aquilonius & ſiccus, qui naturam habent humidiorem, & mulieribus conferet. Reliquis autem erunt lippitudines ſiccæ, & febres acutæ, & grauedines nonnullis, nonnullis uero & atræ biles. Lib. 3. Aph. 14.

Ex anni autem conſtitutionibus quod in totum dixeram, ſiccitates imbribus ſũt ſubtiliores & minus mortiferæ. Libro 3. Aph. 15.

Morbi in plurimorum multitudine, magna ex parte fiunt febres longæ, alui profluuia, putredines, morbi comitiales & attoniti, quos apoplexias Græci uocant, & anginæ. In ſiccitatibus autem, tabitudines, lippitudines, articulorum dolores, ſtillicidia urinæ, & difficultates inteſtinorum. Lib. 3. Aph. 16.

Quotidianæ autem conſtitutiones, aquiloniæ quidem corpora denſant, contundunt, & bene mobilia, coloratiora & melius audentia faciunt, & aluos exiccãt, oculos mordent, & ſi pectus dolor aliquis obſederit, dolorem augent. Auſtrinæ corpora diſſoluunt & humectant, auditum obtundunt, & corpora aggrauãt, & uertigines faciunt, oculis atq; corpori-

 bus

bus difficilem motum præbent, & aluos humectant. Per tempora anni, uere quidem & prima ætate pueri, & qui hos ſequuntur ætate optime degunt, & ſani ſũt maxime. Aeſtate uero & autumno uſque ad aliquid ſenes. Reliquum, & hyeme qui mediam ætatẽ habent. Lib. 3. Aph. 18.

Morbi omnes quidem in omnibus tẽporibus fiunt, quidam uero magis in quibuſdam ipſorum, & fiunt & excitantur. Lib. 3. Aph. 19.

## DE VERE.

*Morbi Veris.*

VEre etenim furores, & atræ biles & morbi comitiales, & profluuia ſanguinis, & anginæ, & grauedines, & raucedines, & lepræ, & tuſſes, & impetigines, & uitiligines, & puſtulę ulceroſę plurimæ, & tubercula, & articulorum dolores. Li. 3. Aph. 20.

## DE MORBIS AESTAtis.

AEſtate autem nonnulli horum & febres continuæ, & ardentes, & tertianæ febres & quartanæ, & uomitus, & alui profluuia, & lippitudines oculorum, & aurium dolores, & ulcera oris, genitaliũ putredines, & ſudamina. Li. 3. Aph. 21

De

## DE AVTVMNO.

AVtũno uero plurimi uel æſtiui morbi fiunt, & febres quartanæ, & erraticæ & lienes, aquæ inter cutem, & tabes, & ſtillicidia urinæ, & difficultates inteſtinorum, & coxendicum dolores, & anginæ, & anhelationes (quas Græci aſthmata uocant) ilei, & morbi comitiales, furores, atræ biles.

## DE HYEME.

HYeme uero morbi laterales, & pulmonis inflammationes, grauedines atq; raucedines, tuſſes, dolores pectoris, & laterum atq; lumborum, capitis dolores, uertigines & apoplexię. Lib. 3. Aph. 23

In ætatibus autem talia contingũt pueris, & nuper natis puerulis, oris ulcera (quæ aphthæ uocantur) uomitus, tuſſis, uigiliæ, pauores, umbilici inflammationes, aurium humiditates. Lib 3. Aph. 24.

In progreſſu uero, cum iam dẽtire incipiunt, gingiuorum prurigines, febres, conuulſiones, alui profluuia, & maxime cum caninos ædunt denies, & his præſertim pueris, qui craſſiſſimi ſunt, & aluos duras habent. Lib. 3. Aph. 25.

Cum uero iam magis adoleuerunt, tõ

ſillæ,& uertebræ quæ in occipitio ad in-
teriora laxationes,crebri anhelitus(quos
Græci Aſthmata uocant)calculi lumbri-
ci rotundi, uerrucæ,(quas Græci achro-
chorthinas uocant,ſatyriæ,ſtrumæ,& a-
lia tubercula,ſed præcipue ante dicta. Li.
2.Aph.26.

*Puberum morbi.* Grandioribus autem & iam acceden-
tibus ad pubertatem, plurimi ex his & fe
bres diuturnæ magis,& ex naribus pro-
fluuia ſanguinis Lib.2.Aph.27.

Plurimæ autem paſſiones puerulis in-
dicantur.Nonnullæ quidem in 40. die-
bus,nonnullæ in ſeptem menſibus, quę-
dam uero iam ad pubem accedentibus,
quæ uero permanſerint,nec in pubertate
finierint,puerulis aut fœminis cum men
ſtrua erumpunt,conſeneſcere conſueue-
runt.Lib.3.Aph.28.

Adoleſcentibus autem ſanguinis ſpu-
tiones,tales febres acutæ,morbus comi-
tialis & alij,ſed præcipue ante dicti. Lib.
3.Aph.29.

Vltra hanc ætatem Aſthma,id eſt,cre-
ber anhelitus, morbi laterales, pulmo-
nis inflammationes,lærhargi, phreneti-
des,ardores,diuturna profluuia, chole-
ræ,

ræ, difficultates inteſtinorum, leuitates inteſtinorum, hæmorrhoides. Libro tertio Aph. 30.

Senibus ſpirandi difficultates, diſtillationes cũ tuſſe, urinę ſtillicidia, urinæ difficultates, articulorum dolores, renũ paſſiones, uertigines, apoplexiæ, mali habitus, pruritus totius corporis, uigiliæ, alui, oculorũ & aurium humiditates, uiſus obtuſus, glaucedines, auditus graues.

In omni regione uenti qui cogunt nubes, gignunt in hominibus, rheumatiſmos & ſenſus aggrauant. Dam.

## EX CORNELII CELſi Libro 2. cap. 2.

SAluberrimum uer eſt, proxima deinde ab hoc hyems, periculoſior æſtas, autumnus longe periculoſiſſimus.

Ex tempeſtatibus uero, optimæ æquales ſunt, ſiue frigidæ, ſiue calidæ, paſſiuæ, quæ uariant maxime. Quo fit ut autumnus plurimos opprimat.

## SORANVS DE VERE.

VEr incipit ab 8. Idus Februarij, & durat uſq; in 8. Idus Maij. Hoc tempore creſcit ſanguis, & febres, & humores dulces. Oportet uti rebus frigidis, ama-

ris, & ſiccis, & quæ uentrem ſoluant, minimum ieiunare, aſſiduo laborare, tepidum bibere oportet.

SORANVS DE AESTATE.

AEſtas incipit ab 8. Idus Maij, & durat in 8. Idus Auguſti, hoc tempore nutriũtur, cholera rubea, quæ facit febres acutas, cauſonem, ſynochum tertianam. Vtendum ergo rebus frigidis, nimis dulcibus, & bene olentibus, quæ facile digeſtionem admittunt. Frigidum bibere & aquoſum oportet, raro coire, minimũ ieiunare.

DE AVTVMNO SORA.

AVtumnus incipit ab 8. Idus Auguſti, uſq; in 8. Idus Nouembris, Hoc tempore nutritur cholera melina, ex qua naſcitur pituita ſtomachi. Typicas facit febres & acutas, nigrum fel augetur, uenis craſſitudo conſequitur. Oportet uẽtrem purgare, & detrahere humores, & rebus uti relaxatorijs, ſæpe uomitum prouocare, minime ieiunare, à Venere quoq; & frigida abſtinere.

DE HYEME SORAnus.

Hy-

HYems incipit ab 8. Idus Nouembris, & durat uſq; in 8. Idus Februarij. Hoc tempore phlegma creſcit, proueniunt catarri, diſtillationes, uuæ, tumores, tuſſis, punctio laterum. Vtendum igitur calidis & plenioribus cibis, ſynapi, apio, & pipere, agrimonia plurima. Exercitatio corporis, meracum bibere, raro lauare, caput ſine intermiſſione purgare, Veneri non parcas.

## DE PVERITIA ET IVuenture.

MAgnitudo corporis, iuuentæ quidē neq; indecens neq; illiberalis. Senectæ uero inutilis, & deterior paruitate. Hip lib. 2. Aph. 54.

Quicunq; iuuenes morbo comiciali laborant, mutatione maximæ ætatis, & tēporum, & locorum, & uictuum quoq; liberantur.

Per tempora anni, uere quidē & prima, æſtate pueri, & qui hos ſequuntur ætate, optime ſenes, & ſani ſunt maxime, æſtate uero & autumno uſq; ad aliquid ſenes, reliquum & hyeme, qui mediam ætatem habent. Lib. 3. Aph. 18.

In ætatibus talia contingunt paruis & nu-

nuper natis puerulis, oris ulcera( quę aph thæ uocantur) uomitus, tuſſes, uigilię, pauores, umbilici inflammationes, auriũ humiditates. Lib. 3. Aph. 24.

In progreſſu uero, cum iam dentire incipiunt, gingiuarum prurigines, febres, conuulſiones, alui profluuia, & maxime cum caninos ædunt dentes. Et his pręſertim pueris qui craſſiſſimi ſunt, & aluos duras habent. Lib. 5. Aph. 25.

Cum uero iam magis adoleuerunt, tõſillæ & uertebræ, quæ in occipitio ad interiora laxationes, crebri anhelitus, Gręci aſthmata uocant. Calculi lumbrici, rotũdi aſcarides, uetrucæ ( quas Græci acrochordonas uocant) ſatyriæ ſtrumæ, & alia tubercula, ſed præcipue antedicta. Li. 3. Aph. 26.

Grandioribus autem & iam accedentibus ad pubertatem, plurima ex his, & febres, diuturnę magis, et ex naribus profluuia ſanguinis, Lib. 3. Aph. 27.

Plurimæ autem ægritudines pueriles iudicantur, nonnullę quidem in 40. diebus, nonnullę in ſeptem menſibus, nonnullæ uero in annis ſeptem, quędam uero iam ad pubem accedentibus. Quę uero

ro permanſerunt, nec in pubertate finie-
runt puerulis, aut fœminis cum mẽſtrua
erumpunt, conſeneſcere conſueuerunt.
Lib. 3. Aph. 28.

Adoleſcentibus autem ſanguinis ſpu-
tiones, tabes, febres acutæ, morbus comi
tialis, & alij, ſed præcipue ante dicti. Lib.
3. Aph. 79.

Vltra hanc ætatem, aſthma, id eſt, cre-
ber anhelitus, morbus lateralis, pulmo-
nis inflammationes, lethargi, phreneti-
des, ardores, diuturna profluuia, difficul
tates inteſtinorum, leuitates inteſtinorũ,
hæmorrhoides. Lib. 3. Aph. 30.

Pueris calida lauatio, longo tempore
apta eſt. Vinũ dilutius, neq; omnino fri-
gidum. Hoc autem exhibendum, quod
uẽtrem minime attollit, perturbatq;, atq;
inflationes facit. Quæ omnia conducũt,
ne conuulſionibus conflictentur, ſed ma
iores coloratioresq; fiant. Polybus de ra-
tione uictus puerorum.

## DE CRASSITIE ET pinguedine.

QVi natura admodum craſſi ſunt, ci-
tius intereunt, quàm qui graciles.
Hip. lib. 2, Aph. 44.

Ob-

Obæſi qui graciles fieri cupiunt, labo-
res uniuerſos ieiuni ſubibunt, & ſuſpiran
tes adhuc, id eſt, necdum refrigerati cibũ
aſſument, uino prius temperato & non
perfrigido uſi, obſonia ſe ſanis uel dulci-
arijs, alijsq́ id genus conficiãtur, atq; hæc
copioſa, ſic enim uel pauciſſimis ſaturã-
tur.

## DE MACILENTIA.

QVi natura admodum craſſi ſunt, ci-
tius intereunt, quàm qui graciles.
Lib. 3. Aph. 44.

Qui tenues ſe implere uolunt, præter
quæ plenis contraria facient, nullum ie-
iuni laborem ſubibunt. Pol. lib. de ratio-
ne uictus puerorum.

## DE SENECTVTE ET eius incommodis.

SEnes iuuenibus plurimum ægrotant
minus, qui uero morbi ipſis accidunt
longi, maxima ex parte comitantur ad
mortem. Hip. lib. 2. Aph. 37.

Raucedines & grauedinnes in ualde
ſenibus coctionem non admittunt. Lib.
2. Aph. 40.

Quicunq; aluos humidas habẽt, ſi qui
dem iuuenes fuerint, melius commutãt

ijs qui ſiccas habēt. Ad ſenectā uero dete-rius commutant, nam ſeneſcentibus magna ex parte exiccant. Lib. 2. Aph. 53.

Magnitudo corporis iuuentæ quidē neq; indecens, neq; illiberalis, ſenectæ uero inutilis, & deterior paruitate. Libro. 2. Aph. 54.

Senibus ſpirandi difficultates, diſtillationes cum tuſſe, urinæ ſtillicidia, urinæ difficultates, articulorum dolores, renū paſſiones, uertigines, apoplexiæ, mali halitus, pruritus totius corporis, uigiliæ, alui, oculorum & narium humiditates, uiſus obtuſus, glaucedines, auditus graues. Lib. 3. Aph. 31.

## DE SVBITA MVTATIONE uitanda.

OMnis ſubita mutatio, ſi modum exceſſerit, noxam inducit.

Maximę in nobis mutationes, tum naturæ, tum halitus, potiſſimum morbos pariunt.

Quapropter neq; uenas importune exinanire, neq; uigētibus feruētibusq; morbis aliquid ingerere, neq; etiam per totū morbi decurſum, uel ad hoc uel ad illud quicq; permutare conuenit. Hip. lib. 2. de morbis acutis.

De

## DE SITI.

QVi noctu bibere appetunt, his ad=modum ſitientibus, ſi ſuper dormierint, bonum. Lib. 5. Aph. 27.

## DE QVATVOR HV=moribus.

PHlegma in capite, ſanguis in pecto=re, cholera rubea in Venere, cholera nigra in ueſica, dominantur. Soranus.

Creſcit autem ſanguis in uere, cholera rubea in æſtate, nigra in autumno, phlegma in hyeme.

Sanguis calidus & humidus eſt & dulcis. De his plura in ſuis titulis.

Sanguis dominatꝰ ab hora noctis uſq; in horam diei tertiam.

Cholera rubea amara, & uiridis & ſic=ca eſt, dominaturq́; ab hora diei tertia, uſq; in horam nonam diei.

Cholera nigra, acida & ſicca & frigida eſt, dominaturq́; ab hora diei nona, uſq; in horam tertiam noctis.

Phlegma frigidum & humidum eſt, dominatur ab hora noctis tertia, uſq; ad horam noctis nonam.

Sanguis per nares, cholera rubea per aures, cholera nigra per oculos, phleg=ma

ma per os & aures purgantur.

Phlegma cum parte ſanguinis in pueris dominatur, ab anno 14.

Cholera rubea dominatur ab anno 14. uſq; ad annum 35. deinde à 34 uel 35. maxima pars ſanguinis dominatur cũ cholera nigra uſq; ad ſummam ætatem.

Sanguis facit pueros moderatos, blandos & formoſos.

Cholera rubea facit iracũdos, acutos, ingenioſos, leues, macilentos, uoraces.

Phlegma facit corpora compoſita, uigilantes, & intra ſe cogitantes, canos cito producentes.

Cholera nigra facit ſubdolos, auaros, perfidos, triſtes, ſomniculoſos, timidos, inuidioſos.

Hyeme creſcit in homine pituita, quod ipſa præcipue ex omnibus quæ in corpore ſunt, natura ſua eo tempore frigidiſſima eſt. Hip. de natura humana.

Vere, pituita in corpore uiolentiſſima eſt. Sed ſanguis creſcit, ſuſcipitq; indies maius incrementum. Idem.

Aeſtate ſanguis quidem adhuc uiget, ſed bilis effertur, accreſcitq;, & in autumnum pertinet. Idem.

In autumno ſanguinis parum eſt, quia illius naturæ id temporis contrarium eſt. Idem.

Pituita æſtiuo tempore infirmiſſima eſt, quia id tempus propter calores & ſiccitates ei aduerſatur. Idem.

In anno modo hyems, modo uer, modo æſtas, modo autumnus uiget, haud aliter in homine, interdum pituita dominatur, interdum ſanguis, interdum bilis, tum flaua tum atra.

DE SANGVINE.

*Conſule titulum de 4. humoribus.*

QVibus ſanguis niger de ſubtus exierit, poſtridie moriuntur. Hip. lib. 4. Aph. 23.

Sanguis quidem ſupra qualiſcunque fuerit, malus, infra autem bonus eſt. Lib. 4. Aph. 25.

Quibus in febribus ſanguinis exierſt multitudo, quacunque ex parte, alui his humectantur. Lib. 4. Aph. 27.

Quibus ſperatur abſceſſum futurum ad articulos, ſi ſanguis ex naribus fluxerit, breui admodũ ſolutio fit Lib. 4. Aph. 74.

Si ſanguinem aut pus minxerit quiſpiam, aut renum aut ueſicæ exulceratione͂ ſignificat. Lib. 4. Aph. 75.

Qui

Quicunq; ſponte ſanguinem mingũt, his à renibus uenulam ruptam ſignificatur. Lib. 4. Aph. 78.

Si ſanguinem mingunt, aut grumos, uel ſtillicidium urinæ habeant, & dolor in imum incidat uentrem, & pectinem, & ſemen, circa ueſicam labor eſt. Lib. 4. Aph. 80.

Vbi ſanguis plurimus fluxerit, ſingultus aut conuulſio ſuperueniens malum. Lib. 5. Aph. 3.

Si ſanguinem aut pus minxerit, aut ſquammulas, & grauis odor adſit, ueſicę exulcerationem ſignificat.

Mulier utero gerens ſanguinem, miſſo ex uena, abortit, & magis ſi fœtus ſit maior.

Mulieri ſanguinem euomenti, menſtruis erumpentibus ſolutio.

Menſtruis deficientibus ſanguis ex naribus fluens, bonum.

Quibuſcũq; mulieribus ad mammas ſanguis colligitur, furorem ſignificat.

De ſanguine plura, uide titulo de menſtruis.

Si in uentrem ſanguis præter naturam effunditur, neceſſe eſt ſuppurari.

A ſanguinis uomitu tabes, & puris purgatio ſupra.

Si quis ſanguinẽ minxerit & grumos, & ſtillicidio urinæ laborat, & dolor inciderit in femur & imum uentrem, pectinemq́; qui circa ueſicam male ſe habere ſignificatur.

VENAE SECTIO VEL ſanguinis miſſio.

QVibuſcunq; uenæ ſectio uel purgatio cum medicamento conuenit, hos uere purgare uel uenam incidere oportet.

Difficultatem urinæ uena ſecta iuuat, ſecare uero interiores. Lib. 6. Aph. 36.

A ſanguinis ſputo, puris ſputum. Lib. 7 Aph. 15.

Quibus in uenis ſanguinem mittere confert, his uere uenam oportet ſecare. Lib. 7. Aph. 54.

Quicunq; euomunt ſanguinem, ſi ſine febre, quidem ſalutare, ſi uero cum febre, malum. Curare uero acerbis & refrigerãtibus. Lib. 7. Aph. 37.

Quibus à uenis ſanguinem mittere cõfert, his uere uenam oportet ſecare. Lib. 7. Aph. 54.

Qui-

Quibus intra uentriculum & ſeptum pituita repoſita eſt,& dolorẽ adfert, non habens exitum,neq; ad alterum uentrẽ, his per uenas ad ueſicam, pituita uerſa, ſoluitur morbus. Lib.7. Aph.55.

Iugulatis ſanguis fluit, primo quidem feruentiſſimus atq; plus quàm rubidus, mox magis pituitoſus,magiſq́; biliosus. Hip.de natura humana.

## DE ATRA BILE.

MOrbis quibuslibet incipientibus, ſi atra bilis,uel ſupra uel infra exierit, letale. Hip.lib.4.Aph.22.

Quibuſcunq; ex morbis acutis aut diuturnis,uel ex uulneribus,ſiue quouis alio modo extenuatis,nigra bilis,ſiue uti ſanguis niger deſubter exierit,poſtridie moriuntur.Lib.4.Aph.23.

Difficultas inteſtinorum ſi ab atra bile incœperit,letalis eſt.Lib.4.Aph.24.

Atra bile uexatis, & renum paſſionibus hemorroides ſuperuenientes,bonũ. Lib.6.Aph.11.

Si timor atq; mœſtitia longo tempore habentes,perſeuerent,ex eo atra bilis ſignificatur.Lib.6.Aph.56.

In morbis melancholicis,ad hæc peri

culoſi decubitus, ſtuporem corporis, uel conuulſionem, uel furorem uel cæcitaté ſignificant. Lib. 6. Aph. 56.

Si lingua repente incontinens fiat, aut aliqua pars corporis ſtupore elanguit, tale eſt melancholicum. Lib. 7. Aph. 40.

Si timor atq; mœſtitia longo tempore hominem habentes perſeuerauerunt, tale eſt melancholicum Lib. 7. Aph. 41.

Melancholici iuuenes ne purgétur fortiter, faciliter enim hæret, & eſt pauciſſima. Dam.

## DE PHLEGMATE.

QVi alba pituita detinetur, ſi fortis fluxus uentris ſuperuenerit, à morbo liberatur.

A pituita alba, aqua inter cutem ſuperuenit. Lib. 7. Aph. 71.

Quibus inter uentriculum & ſeptum pituita repoſita eſt, & dolorem affert, nó habens exitum, neq; ad alterum uentré, his per uenas ad ueſicam, pituita uerſa, ſoluitur morbus.

## DE TIMORE ET TRIſtitia.

SI timor atq; mœſtitia longo tempore habentes, perſeuerent, ex eo atra bilis ſigni-

ſignificatur·Lib·6.Aph.23·

Si timor & mœſtitia longo tempore hominem habentes, perſeuerent, tale eſt melancholicum. Lib 7·Aph·41.

## DE RATIONE MORborum, & morbis curandis in generali.

EXtremis morbis extrema exquiſite remedia optima ſunt. Hip. li.1. Aph.6.

De uictu exhibendo in morbis · Vide titulum, de ratione uictus ægrotum·

Item de febribus curandis uide ſuo titulo·

De morborum indicationibus uide infra ſub titulo, de morborum indicationibus·

Quæ relinquuntur in morbis, recidiuas facere conſueuerunt. Lib·2. Aph·12.

Quicunq; morbi ex repletione fiunt, curat euacuatio, & qui ex euacuatione, repletio, & aliorum contrarietas · Lib. 2. Aph.22.

His qui nõ ex ratione lenius ſe habẽt, non oportet fidere, neq; multum formidare·Mala quæ præter rationem eueniunt, plurima enim talia ſtabilia nõ ſunt,

neq; multum durare & permanere conſueuere. Lib.2.Aph.27.

Febricitantium non omnino leuiter permanere corpus, & nihil minui, uel etiam plus quàm ratio poſtulat contabeſcere, malum, hoc enim morbi lõgitudinem, hoc uero imbecillitatem ſignificat. Lib.2. Aph.28.

Cum morbi inchoant, ſi quid uidetur mouendum, moue. Cum uero conſiſtũt ac uigent, melius eſt quietem habere Lib. 2. Aph.29.

Circa initia & fines omnia imbecilliora, cum uero conſiſtunt, firmiora. Eodem Aph.30. In quouis morbo mẽte conſtare & bene ſe habere, ad illa quæ offeruntur, bonum. Contra uero ſe habere, malum. Aph.3. eodem lib.

In morbis minus periclitantur, quorũ naturæ & ætati, aut habitui, aut tempori magis congruit morbus, quàm quibus ſecundum nihil iſtorum congruit. Aph. 34. lib. eodem,

In quouis morbo partes ad umbilicũ & imum uentrem attinentes, craſſitudinem habere melius eſt. Multum uero extenuati ac contabeſcere, prauum eſt. Et hoc

hoc quoq; ad inferiores purgationes, periculoſum. Aph. 35. Eodem.

Seniores iuuenibus plurimum ægrotant minus. Qui uero ipſis accidunt longi, maxima ex parte comitantur ad mortem. Lib. 2. Aph. 39.

Raucedines & grauedines in ualde ſenibus, coctionem non admittunt. Lib. 2. Aph. 40.

Strangulati atq; diſſoluti nondũ mortui, non referuntur. Lib. 2. Aph. 43.

Qui natura admodum craſſi ſunt, citius intereunt, q̃ qui graciles. Lib. 2. Aph. 44.

De morbo comitiali uide infra, titulo eius nominis.

Qui morbi, quibus potiſſimum temporibus graſſentur, & de eorum occaſionibus uide infra, titulo de tẽporum mutationibus.

Febris cholerica ſuperflua frigiditate neq; reparatur, neq; quartana cum frigiditate humectante. Dam.

Si fuerit per culpam ſanguinis ægritudo, ſuccurrere debes frigidis cibis, & acidis & ſiccis, quia ſanguis calidus & humidus eſt & dulcis. Ex Sorano.

Si ex cholera rubea fuerit ægritudo, da ei calidum & humidũ & dulce, quia cholera amara & ignea eſt. Idem.

Si ex cholera nigra, da ei calidũ & humidum & dulce, quia cholera nigra eſt acris & frigida. Si ex phlegmate nata eſt ægritudo, da ei aſſidue dulce, & ſiccum & calidum, quia phlegma frigidum & humidum, & ſalſum eſt. Idem.

## EX HIPPOCRATE DE natura humana.

OPortet ægritudines quæ hyeme incrementum ſuſcipiunt, æſtate deſinere, & è contra, quæ æstate creuerunt, hyeme terminari, niſi intra dierum circuitũ finiantur. Vide titulum de Pręſagijs morborum in generali.

Vernorum morborum liberatio in autumno expectanda eſt.

Autumnales morbi in uere liberentur, neceſſe eſt.

Morbi alij uictus genere, alij à ſpiritu, quem trahentes uiuimus, proueniunt, Hip. de natura humana.

Cum una ægritudine plures eodẽ homines tempore corripiũtur, cauſſam reijcere ad id debemus, quod maxime cõmu-

mune eſt, quo〈que〉 omnes utimur, id autem ſpiritus eſt, quē accipimus, reddimusq́. Idem.

Cum uero eodē tempore diuerſi morbi gignuntur, ſine dubio uictus cuiuſq́ in culpa eſt. Idem.

Oportet itaq; remedia adhibere cum morbi occaſione. Idem.

Morbi qui à corporis membrorum ualidiſſimo proficiſcuntur, grauiſſimi ſunt. Idem.

DE MORBORVM ITDI cationibus.

ACceſſiones & conſtitutiones, morbi indicabunt, & anni tempora, & circuituū ſucceſſiua incremēta, ſiue quotidie, ſiue alternis diebus, ſiue per maiora interualla fiant. Sed ex his quę mox apparent, iudicia ſumuntur, quemadmodum in morbo laterali, ſi circa initia ſtatim ſputum appareat, morbum breuiat. Si uero poſtea appareat, producit. Et urinæ & alui excrementa, & ſudores, quæcunq; apparuerint, uel bonam morborū iudicationem, uel malam, uel breues aut longos fore morbos oſtendunt. Hip. lib. 1. Aph. 12.

Quibuſcunq; criſis, id eſt, iudicatio fit, his mox grauis ante acceſſionem. Quę uero ſubſequitur, magna ex parte leuior eſſe ſolet. Lib 2. Aph. 13.

In profluuijs alui, mutationes excrementorum iuuant, niſi ad mala mutatio fiat. Lib. 2. Aph. 14.

Acutorum morborum non omnino ſunt certæ prænunctiationes, aut ſalutis aut mortis. Lib. 2. Aph. 19.

Acuti morbi in quatuordecim diebus iudicantur. Lib. 2. Aph. 23.

Septenorum quartus eſt index, alterius ſeptimanę octauus principium. Eſt autem & undecimus contemplabilis, ipſe enim quartus eſt alterius ſeptimanæ. Rurſus uero & decimusſeptimus contemplabilis, ipſe ſiquidem quartus eſt à quartodecimo, ſeptimus uero undecimus. Lib. 2

Quibus in febribus ſexto die rigores fiunt, difficile iuditiũ ſequitur. Lib. 4. Aph. 24.

Quibuſcunq; acceſſiones fiunt, quacunq; hora febris dimiſerit, ſi eadem cras occupauerit, iudicium habent difficile. Lib. 4. Aph. 30.

Sudores febricitanti ſi inceperunt bo-

hi,&3.&5.&7.&11.&14.&17.&20.&27.&34. hi enim ſudores indicant morbos. Qui uero non ita fiunt, laborem ſignificant, & morbi longitudinem & recidiuam.

DE PRAESAGIIS MORborum in generali.

Febricitantium non omnino leniter permanere corpus, et nihil minui, uel etiam plus q̃ ratio poſtulat, cõtabeſcere, malum. Hoc enim morbi lõgitudinem, hoc uero imbecillitatem ſignificat. Lib.2. Aph.29.

Circa initia & fines omnia imbecilliora, cum uero conſiſtunt, firmiora. Lib. 2. Aph.30.

His qui non ex ratione lenius habent, non oportet fidere, neq; multum formidare mala, quæ præter rationem eueniunt. Plurima enim talia ſtabilia nõ ſunt, neq; multum durare & permanere conſueuere. Lib.2. Aph.27.

In quouis morbo mente cõſtare & bene ſe habere ad illa quæ offeruntur, bonum, è contra uero ſe habere, malum. Li. 2. Aph.33.

In morbis minus periclitantur, quorũ na

naturæ aut ætati, aut habitui, aut tempo-
ri magis congruit, morbus, ꝗ̄ quibus ſe-
cundum nihil iſtorum congruit. Libro 2.
Aph. 34.

In quouis morbo partes ad umbilicũ,
& imum uentrem attinentes, craſſitudi-
nem habere, melius eſt. Multum uero ex-
tenuari ac contabeſcere, prauum, ſed &
hoc quoq; ad inferiores purgationes pe-
riculoſum. Lib. 2. Aph. 35.

Si quis febrem non habens abſtinue-
rit à cibo, & cordis morſum ſeu uertigiñe
patitur, & oris amaritudinem ſentit, pur-
gatione indigere per ſuperiora ſignificat.
Lib. 4. Aph. 17.

Morbis quibuslibet incipientibus, ſi
atra bilis, uel ſupra, uel infra exierit, leta-
le. Lib. 4. Aph. 22.

Quibuſcunq; ex morbis acutis, aut diu
turnis, ſiue uulneribus, ſiue quouis alio
modo extenuatis, nigra bilis, ſiue uti ſan-
guis niger deſubter exierit, moriuntur.
Lib. 4. Aph. 23.

Difficultas inteſtinorum ſi ab atra bile
exierit, letalis eſt. Lib. 4. Aph. 24.

Quibuſcunq; reſurgétibus ex morbis,
ſi quid laborauerint, fiunt abſceſſus.

Laſ-

Laſſitudinem habentibus in febribus, in articulos, & circa maxillas potiſſimū abſceſſus fiunt. Lib. 4. Aph. 32.

Si à febre, habito tumore non exiſtente in faucibus, ſtrangulatio repéte ſuperuenerit, letale. Lib. 4. Aph. 34.

Si à febre habito collum peruertitur, et uix poteſt deuorare ſine ullo tumore, letale. Lib. 4. Aph. 35.

Sudores febricitanti ſi inceperint, boni, & tertio die, & quinto, & 7. & 9. & 11. & 14. & 17. & 20. & 27. & 34. hi enim ſudores iudicant morbos. Qui uero non ita fiunt laborem ſignificant, & morbi longitudinem, & recidiuam. Lib. 4. Aph. 36.

Qua parte corporis calor eſt, ibi ſignificat morbum Lib. 4. Aph. 39.

Et ubi in toto corpore mutationes, & ſi corpus refrigeretur, uel rurſus calefacit, uel calor alter ex altero fuit, longitudinē morbi ſignificat. Lib. 4. Aph. 40.

Præſagia morborum ex ſudore nimio aut retento. Vide titulo de ſudore.

Præſagia febrium, uide titulo de febribus copioſe, Item titulo de ſignis mortis letalibus.

De præſagijs morbi comitialis, uide titulo

tulo de morbo comitiali.

De morbo laterali uide titulo de pleuritide.

Quicunq; ſuppurati, aut aquam inter cutem patientes, uruntur, aut ſecantur, ſi pus aut aqua uniuerſim effluxerit, omnes moriuntur. Lib. 6. Aph. 27.

In morbis acutis, frigus partium extremarum, malum. Lib. 7. Aph. 1.

In oſſe ægrotante caro liuida, malum eſt. Lib. 7. Aph. 2.

A uomitu ſingultus, & oculorum rubor, malum. Lib. 7. Aph. 3.

A ſudore horror, non bonum. Lib. 7. Aph. 4.

A furore difficultas inteſtinorum, uel aqua intercutem, uel mẽtis alienatio, bonum. Lib. 7. Aph. 5.

A morbo diuturno, faſtidium cibi & deiectiones ſyncerae, malum. Lib. 7. Aph. ſexto.

Ex multa potatione, rigor & deſipientia, malum. Lib. 7. Aph. 7.

A tuberculi intus ruptione exolitio, uomitio, aut animi defectio fit. Lib. 7. Aph. 8

A profluuio ſanguinis, deſipientia, ac conuulſio, malum. Lib. 7. Aph. 9.

Si omentum excidit, neceſſario putre=ſcit. Lib. 6. Aph. 58.

Ab ileo uomitus, ſingultus, deſipien=tia, uel conuulſio, malum. Lib. 7. Aph. 10.

A morbo laterali inflãmatio pulmo=nis, malum. Lib. 7. Aph. 11.

Ab æſtibus fortibus conuulſio aut di=ſtentio, malum. Lib. 7. Aph. 14.

In capitis ictu obſtupeſcentia & deſipi entia, malum. Lib. 7. Aph. 14.

A ſanguinis ſputo puris ſputum. Lib. 7. Aph. 15.

A puris ſputo phtiſis & fluxus, cum ue rũ ſputum retinetur. Lib. 7. Aph. 16.

In epatis inflammatione ſingultus, malum. Lib. 7. Aph. 17.

In uigilia conuulſio uel deſipientia. li. 7. Aph. 18.

In oſſis exutione ereſypelas Lib. 7. Aph 19.

In ereſypelate putredo aut ſuppuratio. Lib. 7. Aph. 20.

A forti in ulceribus pulſu, profluuium ſanguinis. Lib. 7. Aph. 21.

A uentris dolore diuturno, ſuppura=tio Eodem. Aph. 22.

Quibus cerebrum ſphacelatum, id eſt, c cor=

corruptum, in tribus diebus pereunt. Si uero hos euaſerint, ſalui fiunt. Aph. 51.

Vbi in toto corpore mutationes, et corpus refrigeratur, & rurſum calefit, aut colorem alium ex alio commutat, longitudo morbi ſignificatur. Eodem. Aph. 61.

Sudoris præſagia, uide titulo de ſudore.

## NOTAE EX FATIE.

IN acutis morbis ſic conſyderare oportet. Inprimis quidem ægri faciem, an ſanorum faciebus, maxime uero ſuijpſius ſimilis ſit. Ea enim optime cenſenda eſt, quæ uero maximo diſcrimine ab hac ſimilitudine recedit, grauiſſimum periculum portendit, cuius hæ ſunt notæ: Nares acutæ, oculi concaui, collapſa tempora, frigidæ, contractæq́ aures, & imis partibus leniter uerſæ, cutis circa frontem dura, intenta & arida, totius faciei color, aut niger aut pallidus aut liuens aut plumbeus. Vide titulo de facie.

Notas ex oculis, uide titulo de oculis.

De decubitu eius ſignis, uide titulo, decubitus.

Notas ſudoris, uide Sudor.

Ex pręcordijs ſigna, uide titulo de pręcordijs.

De notis ex hydropiſi, uide titulum, Aqua inter cutem.

De ſomni præſagijs, uide titulum de Somno.

De alui excrementis, uide titulum de alui excrementis.

Præſagia urinæ, uide titulo de urina.

Acræ ægritudines plus in ſenibus quam in iuuenibus timendæ ſunt, citius enim in bonum, malumúe firmantur. Dam.

Morbum diuturnum aut defectũ mẽbrorum hæreditat filius, ſed differenter, aut minorem, ſi alter parentum fuerit ſanus, Dam.

DE SIGNIS ADVERſæ ualetudinis ex Cornelij Celſi Lib. 2. cap. 2.

SI plenior aliquis & ſpecioſior, & coloratior factus eſt, ſuſpecta habere bona debet.

Quæ quia neque in eodem habitu ſubſiſtere, neque ultra progredi poſſunt, ferè retro quaſi ruina quædam reuoluuntur. Hip. in Aph Habitus exercitatorum.

Prius tamen ſignum eſt, ubi aliquis cõtra conſuetudinem emarcuit, & colorem decoremque amiſit, quoniam in his quę ſu

perant, eſt quod morbus demat, in his quæ deſunt, non eſt quod ipſum morbũ ferat.

Præter hæc protinus timere debet, ſi grauiora membra ſunt, ſi crebra ulcera o-riuntur, ſi corpus ſupra conſuetudinẽ in-caluit, ſi grauior ſomnus preſſit, ſi tumultuoſa ſomnia fuerint, ſi ſæpius expergiſcitur aliquis, quàm aſſueuit, deinde iterum ſoporatur, ſi corpus dormientis circa partes aliquas contra conſuetudinem inſudat, maximeq́ circa pectus, aut ceruices, aut crura, uel genua, uel coxas.

Item ſi marcet animus, ſi loqui & moueri piget, ſi corpus torpet, ſi dolor præcordiorum eſt, aut totius pectoris, aut in plurimis uenis capitis, ſi ſaliuæ plenũ eſt os, ſi oculi cum dolore uertuntur, ſi tempora aſtricta ſunt, ſi mẽbra inhorreſcũt, ſi ſpiritus grauior eſt, ſi circa frontem intentæ uenæ mouentur, ſi frequentes oſcitationes, ſi genua quaſi fatigata ſunt, totũue corpus laſſitudinem ſentit.

Ex quibus ſæpe plura, nunquàm non aliqua febrem antecedunt.

Inprimis tamen illud conſyderandũ eſt, nunquid ſæpius horum aliquid eue-

ni-

niat, ac neq; ideo corporis ulla difficultas ſubſequatur.

Sunt enim quædam proprietates hominum, ſine quarum notitia, non facile quicquam in futuram præſagiri poteſt.

Facile itaq; ſecurus eſt in his aliquis, qui ſæpe ſine periculo euaſit.

Ille ſolicitari debet, cui hæc noua ſunt, aut qui iſta nunq; ſine cuſtodia ſui tuta habuit.

## QVAE BONA IN AEgrotantibus ſigna ſunt.

VBi uero febris aliquem occupat, ſcire licet nõn periclitari, ſi in latus, aut dextrum, aut ſiniſtrum (ut ipſi uiſum eſt, cubat) cruribus paulum reductis, qui ferè ſani quoq; iacentis habitus eſt, ſi facile cõuertitur, ſi noctu dormit, ſi interdiu uigilat, ſi ex facili ſpirat, ſi non conflictatur, ſi circa umbilicum & pubem cutis plana eſt, ſi præcordia eius ſine ullo ſenſu doloris, æqualiter mollia in utraq; parte ſunt.

Quòd ſi paulo tumidiora ſunt, ſed tamen digitis cedunt, & non dolent, hæc ualetudo, ut ſpacium aliquod habebit, ſic tuta erit.

Corpus quoq; quod æqualiter molle,

& calidum eſt, quodq́ꝫ æqualiter totum inſudat, & cuius febricula eo ſudore finitur, ſecuritatem pollicetur, quando iam ad ſanitatem uenit corpus.

Sternutamentum etiam inter bona iudicia eſt, & cupiditas cibi, uel à primo ſeruata, uel etiam poſt faſtidium orta.

Neqꝫ terrere debet ea febris, quæ eodẽ die finita eſt, ac ne ea quidem, quæ quãuis longiore tempore euanuit, tamẽ ante alteram acceſſionem ex toto quieuit, ſic ut corpus integrum (quod εἰλικρινές Græci uocant) fieret.

Si quis autem incidit uomitus, mixtus eſſe ex bile & pituita debet, & in urina ſubſiſtere album, leue, æquale, ſic ut etiã, ſi quæ quaſi nubeculæ innatarint, in imũ deferantur.

At uenter ei qui à periculo tutus eſt, reddit modo mollia, figurata eodem tempore, quo ſecunda ualetudine aſſueuit, modo conuenientia his quæ aſſumuntur.

Peior cita aluus eſt, ſed ne hęc quidem terrere protinus debet, ſi matutinis temporibus coacta magis eſt, aut ſi procedẽte tempore paulatim contrahitur, & ruf-

ſa eſt, neq; fœditate odoris ſimilem aluũ ſani hominis excedit.

Ac lumbricos quoq; aliquos ſub fine morbi deſcendiſſe, nihil nocet.

Si inflammatio in ſuperioribus partibus dolorem, tumoremq́; fecit, bonum ſignum eſt.

Sonus uentris inde ad inferiores partes euolutus, magiſq́; etiam ſi ſine difficultate cum ſtercore exceſſit.

MALA SIGNA AEGROTANTIUM. Cap. 3.

Contra grauis morbi periculum, ubi ſupinus æger iacet, porrectis manibus & cruribus, ubi reſidere uult in ipſo acuti morbi impetu, præcipueq́; pulmonibus laborantibus. Cap. 3.

Vbi nocturna uigilia præmittitur, etiã ſi interdiu ſomnus accedit.

Ex quo tamen peior eſt, qui inter quartam horam & noctem, q̃ qui matutino tempore ad quartam.

Peſſimum tamen eſt, ſi ſomnus, neq; noctu, neq; interdiu accedit, id enim ferè ſine continuo dolore eſſe non poteſt.

Aeque uero ſignum malum eſt, etiam ſomno ultra debitum urgeri, peiusque

quo magis ſe ſopor interdiu, noctuq́; con tinuat.

Mali etiam morbi teſtimonium eſt, uehementer & crebro ſpirare, à ſexto die cepiſſe inhorreſcere, pus expuere, uix excreare, dolorem habere continuum, difficulter ferre morbum, iactare brachia & crura, ſine uoluntate lachrymare, habere humorem glutinoſum, dentibus inhærentem, cutem circa umbilicum & pubẽ macram, præcordia inflammata, dolentia, dura, tumida, intenta, magisq́; ſi hæc dextra parte quàm ſiniſtra ſunt, periculoſiſſimum tamen eſt, ſi uenæ quoq; ibi uehementer agitantur.

Mali etiam morbi ſignum eſt, nimis celeriter emacreſcere, caput & pedes, manuſq́; calidas habere, uentre & lateribus frigentibus, aut frigidas extremas partes acuto morbo agente, aut poſt ſudorẽ inhorreſcere, aut poſt uomitum ſingultum eſſe, uel rubere oculos, aut poſt cupiditatem cibi, poſtq́; longas febres hunc faſtidire, aut multum ſudare, maximeq́; frigido ſudore, aut habere ſudores non per totum corpus æquales, quiq́; febrem nõ finiant, & eas febres quæ quotidie tem-

pore

pore eodem reuertantur, quæue ſemper pares acceſſiones habeāt, neq; tertio quoque die leuentur, quæue continuent, uel per acceſſiones increſcant, per diſceſſiones tantum molliantur, nec unq; integrū corpus dimittant.

Peſſimum eſt, ſi ne leuatur quidem febris, ſed æque concitata continuat.

Periculoſum eſt etiam poſt arquatum morbum febrem oriri, utiq; ſi præcordia dextra parte dura manſerunt, ac dolentibus his leua.

Nulla acuta febris leuiter terrere nos debet.

Timere etiam ex ſomno, mali morbi eſt. Itemq; in prima febre protinus mentem eſſe turbatā, membrumue aliquod eſſe reſolutum.

Ex quo caſu q̄uis uita redditur, tamen id ferè membrum debilitatur.

Vomitus etiam periculoſus eſt, ſynceræ pituitæ uel bilis, peiorq; ſi uiridis aut niger eſt.

At mala urina eſt in qua ſubſidunt ſubſidūt ſubrubra aut liuida, deterior in qua quaſi fila quædam tenuia atq; alba, peſſima ex his, ſi tanquàm ex furfuribus factas

nubeculas repræſentat.

Diluta quoq; atq; alba uitioſa eſt, ſed in phreneticis maxime.

Aluus autem mala eſt, ex toto ſuppreſſa.

Periculoſa etiam quæ inter febres fluens, conquieſcere hominem in cubili nõ patitur, utiq; ſi quid deſcendit, eſt perliquidum, aut albidum, aut pallidum, aut ſpumans.

Præter hæc periculũ oſtendit id quod excernitur, ſi eſt exiguum, glutinoſum, leue, album, idemq́; ſubpallidum, uel ſi eſt liuidum, aut biliosum, aut cruentum, aut peioris odoris, quàm ex conſuetudine.

Malum eſt etiam, quod poſt febres lõgas ſyncerum eſt.

## DE SIGNIS LONGAE ualetudinis. Cap. 4.

POſt hæc indicia notum eſt longum morbum fieri. Sic enim neceſſe eſt, niſi occidit.

Neq; uitę alia ſpes in malis magnis eſt, q; ut impetum morbi trahendo aliquis effugiat, porrigaturq́; in id tempus, quod curationi locum præſtet.

Protinus tamen ſigula quædam ſunt,

ex quibus colligere poſſumus morbū, & ſi non interemerit, longius tamen tēpus habiturum.

Vbi frigidus ſudor inter febres non acutas, circa caput tantum, & ceruices oritur, aut ubi febre non quieſcente corpus inſudat, aut ubi corpus modo frigidum, modo calidum eſt, & calor alius ex alio fit, aut ubi quod inter febres aliqua parte abſceſſit, ad ſanitatem non peruenit, aut ubi æger pro ſpatio parum emacreſcit.

Item ſi urina modo liquida & pura eſt, modo habet quædam ſubſidentia leuia atq; alba, rubráue ſunt quæ in ea ſubſidunt, aut ſi quaſdam quaſi maculas repreſentat, aut ſi bullulas excitat.

## DE INDICIIS MORTIS. Cap. 5.

SEd inter hæc quidem propoſito metu, ſpes quidem ſupereſt.

Ad ultima uero iam uentum eſſe teſtātur, nares acutæ, collapſa tempora, oculi concaui, frigidæ, languidæq; aures, & imis partibus leniter uerſæ, cutis circa frōtem dura & intenta, color aut niger, aut perpallidus, multóq; magis ſi ita hæc ſūt, ut neq; uigilia prçceſſerit, neq; uentris re-

ſo-

ſolutio, neq; inędia. Ex quibus cauſſis interdum hæc ſpecies oritur, ſed uno die finitur. Itaq; diutius durans, mortis index eſt.

Si uero in morbo ueteri iam triduo talis eſt, in propinquo mors eſt, magiſq́; ſi præter hæc, oculi quoq; lumen refugiũt, & illachrymant, quæq́; in his alba eſſe debent, rubeſcunt, atq; in ijſdem uenulę pallent, pituitaq́; in ijs innatans nouiſſime angulis inhæreſcit, alterq́; ex his minor eſt, hiq́; aut uehementer ſubſederunt, aut facti tumidiores ſunt, perq́; ſomnum palpebræ non committuntur, ſed inter has ex albo oculorum aliquid apparet, neq; id fluens aluus expreſſit, eædemq́; palpebræ pallent, & idem pallor labra & nares decolorat. Eædemq́; labra & nares, oculiq́; & palpebræ & ſupercilia, aliquáue ex his peruertuntur, isq́; propter imbecillitatem iam non audit, aut non uidet eadem, mors denunctiatur.

Vbi æger ſupinus cubat, eiq́; genua cõtracta ſunt. Vbi deorſum ad pedes ſubinde delabitur.

Vbi brachia & crura nudat, & inæqualiter diſpergit, neq; his calor ſubeſt.

Vbi

Vbi hiat, ubi aſſidue dormit, ubi is qui mentis ſuæ non eſt, neq; id facere ſanus ſolet, dentibus ſtridet.

Vbi ulcus q́d aut ante, aut in ipſo morbo natū eſt, aridū & aut pallidū, aut liuidum factum eſt.

Illa quoq; mortis inditia ſunt, ungues, digitiq́; pallidi, frigidus ſpiritus, aut ſi manibus quis in febre, aut acuto morbo uel inſania, pulmonis ue dolore, uel capitis, in ueſte floccos legit, fimbrias ue diducit, uel in adiuncto pariete, ſi qua minuta eminent, carpit.

Dolores etiam circa coxas, & inferiores partes orti, ſi ad uiſcera trāſierunt, ſubitoq́; deſierunt, mortem ſubeſſe teſtantur, magiſq́; ſi alia quoq; ſigna acceſſerunt.

Neq; is ſeruari poteſt, qui ſine ullo tremore febricitans, ſubito ſtrangulatur, aut deuorare ſaliuam ſuam non poteſt.

Cuiue in eodem febris corporiſq́; habitu, ceruix conuertitur, ſic ut deuorare æque nihil poſſit. Aut cui ſimul, continua febris, & ultima corporis infirmitas eſt. Aut cui febre nō quieſcente, exterior pars friget, interior ſic calet, ut etiam ſitim faciat, aut qui febre æque non quieſcente, ſimul

mul & delirio, & ſpirãdi difficultate uexatur, aut qui epoto ueratro exceptus diſtẽtione neruorum eſt, aut qui ebrius obmutuit. Is enim neruorum diſtentione conſumitur, niſi aut febris acceſſit, aut eo tempore (quo ebrietas ſolui debet) loqui cœpit.

Mulier quoq; grauida, acuto morbo facile conſumitur, & is cum ſomnus dolorem auget, & cui protinus in recenti morbo, bilis atra uel infra, uel ſupra ſe oſtendit, cuiue alterutrum modo ſe prompſit, cum iam longo morbo corpus eius eſſet extenuatum & affectum. Sputum etiam bilioſum & purulentum, ſiue ſeparatim iſta, ſiue mixta proueniunt, interius periculum oſtendunt.

Ac ſi circa ſeptimum diem tale eſſe cœpit, proximum eſt, ut is circa quartumdecimum diem decedat, niſi alia ſigna meliora, peioráue acceſſerunt. Quæ quo leuiora, grauioráue ſubſecuta ſunt, eo uel ſeriorem mortem uel maturiorem denunctiant.

Sudor quoq; frigidus in acuta febre peſtiferus eſt, atq; in omni morbo uomitus, qui uarius et multorum colorum eſt, præ-

præcipueq́ ſi malus in hoc odor eſt.

Ac ſanguinem quoq; in febre uomuiſſe, peſtiferum eſt.

Vrina uero rubra & tenuis in magna cruditate eſſe conſueuit, & ſæpe antequã ſpatio matureſcat, hominem rapit. Itaq; ſi talis diutius permanet, periculum mortis oſtendit.

Peſſima tamen eſt, præciqueq́ mortifera, nigra, craſſa, mali odoris.

Atqui in uiris quidem & mulieribus, talis deterrima eſt.

In pueris uero, quę tenuis & diluta eſt.

Aluus quoq; uaria, peſtifera eſt, quæ ſtrigmentum, ſanguinem, bilem uiridẽ, aliquid modo diuerſis temporibus, modo ſimul, & in miſtura quadam, diſcreta tamen repreſentat. Sed hæc quidem poteſt paulo diutius trahere.

In præcipiti uero iam eſſe denunctiat, quæ liquida, eademq́ uel nigra uel pallida uel pinguis eſt, utiq; ſi magna fœditas odoris acceſſit.

Illud interrogari me poſſe ab aliquo ſcio. Si certa futuræ mortis inditia ſunt, quomodo interdum deſerti à medicis, conualeſcant, quoſdamq́ fama prodiderit

rit in ipſis funeribus reuixiſſe?

Quinetiam uir iure magni nominis Democritus, ne finitæ quidem uitæ ſatis certas notas eſſe propoſuit, quibus medici credidiſſent, adeo illud unũ reliquit, ut certa aliqua ſigna futurę mortis eſſent. Aduerſus quos ne illud quidem dicam, quòd in uicino ſæpe quædam notæ poſitæ, non bonos, ſed imperitos decipiũt, quod Aſclepiades funeri obuius intellexit, eum uiuere qui efferebatur, ne protinus crimen artis eſſet, ſi quod profeſſoris ſit. Illa tamen moderatius ſubijciam: Coniecturalem artem eſſe medicinam, rationemq́ue coniecturę talem eſſe, ut cum ſæpius aliquando reſpõderit, interdum tamen fallat nos. Si quid itaq; uix in milleſimo corpore aliquando decipit, id notam non habet, cum per innumerabiles homines reſpondeat. Idq́ue non in his tantum, quæ peſtifera ſunt, dico, ſed in his quoq; quæ ſalutaria.

Siquidem etiam ſpes interdum fruſtratur, & moritur aliquis, de quo medicus ſecurus primo fuit.

Quæq́ue medendi cauſſa reperta ſunt, nonnunq; in peius aliquid conuertunt.

Neq;

Neq; id euitare humana imbecillitas in tanta uarietate corporum poteſt.

Sed eſt tamen medicinæ fides, quæ multo ſæpius, poſtq́ multo plures ægros prodeſt.

Neq; tamen ignorare oportet, in acutis morbis fallaces magis notas eſſe, & ſalutis & mortis.

## DE NOTIS, QVAS ALIquis in ſingulis morborum generibus habere poſſit.

### Cap. 6.

ANte febres, ſi caput graue eſt, aut ex ſomno oculi caligant, aut frequentia ſternutaméta ſunt, circa caput aliquis pituitæ impetus timeri poteſt.

Si ſanguis aut calor abundat, proximũ eſt, ut aliqua parte profluuiorum ſanguis fiat.

Si ſine cauſſa quis emacreſcit, ne in malum habitum corpus eius recidat, metus eſt.

Si præcordia dolent, aut inflammatio grauis eſt, aut non toto die concocta fertur urina, cruditatem eſſe manifeſtũ eſt.

Quibus diu color ſine morbo regio malus eſt, ij uel capitis doloribus conflictan-

ſtantur, uel terram edunt.

Qui diu habẽt faciem pallidam & tumidam, aut capite aut uiſceribus, aut aluo laborant.

Si in continua febre puero uenter nihil reddit, mutaturq́ ei color, nec ſomnus accedit, ploratq́ is aſſidue, metuenda neruorum diſtentio eſt.

Frequens autem deſtillatio in corpore tenui, longoq́ tabem timidam eſſe teſtatur.

Vbi pluribus diebus non deſcendit aluus, docet aut ſubitam deiectionem, aut febriculam inſtare.

Vbi pedes turgent, longæ deiectiones ſunt.

Vbi dolor in imo uentre & coxis eſt, aqua intercutem inſtat. Sed hoc morbi genus ab ilibus oriri ſolet.

Idem propoſitum periculum eſt his, quibus uoluntas deſidendi eſt, uenter nihil reddit, niſi & ægre & durũ, tumor in pedibus eſt, idemq́ modo dextra, modo ſiniſtra parte uentris, inuicem oritur atq; firmitur, ſed à iecinore id malũ proficiſci uidetur.

Eiuſdem morbi nota eſt, ubi circa um-
bili

bilicum inteſtina torquentur (Græci nominant στροφὸν) coxæq́ dolores manét, eaq́ neq́ tempore neq́ remedijs ſoluuntur.

Dolor autem articulorum, prout in pedibus, manibusue, aut alia qualibet parte ſic eſt, ut eo loco nerui contrahantur, aut ſi id membrum ex leui cauſſa fatigatum, æque frigido calidoq́ offenditur, ποδάγραν χειράγρανue, uel eius articuli in quo id ſentitur, morbũ futurum eſſe, denunciat.

Quibus in pueritia ſanguis ex naribus fluxit, dein fluere deſijt, ij uel capitis doloribus conflictentur neceſſe eſt, uel in articulis aliquas exulcerationes graues habeant, uel aliquo morbo etiam debilitẽtur.

Quibus fœminis menſtrua non proueniũt, neceſſe eſt capitis acerbiſſimi dolores ſint, uel quælibet alia pars morbo infeſtetur. Eademq́ his pericula ſunt, quibus articulorum uitia, dolores, tumoreſq́, ſine podagra, ſimilibusq́ morbis oriuntur & deſinunt.

Vtiq́ ſi ſæpe tempora ijſdem dolent, noctuq́ corpora inſudant, frons prurit,

lippitudinis metus eſt.

Si mulier à partu uehementes dolores habet, neq; præterea ſigna mala ſunt, circa uigeſimum diem, aut ſanguis per nares erumpet, aut inferioribus partibus aliquid abſcedet.

Quicunq; etiam dolorem ingentem circa tempora & frontem habebit, is altera utra ratione eum finiet, magisq;, ſi iuuenis fuerit, per ſanguinis profuſionem, ſi ſenior, per ſuppurationem.

Febris autem quæ ſubito ſine ratione, ſine bonis ſignis finita eſt, ferè reuertitur.

Cui fauces ſanguine & inter diu & noctu replentur, ſic ut neq; capitis dolores, neq; præcordiorum, neq; tuſſis, neq; uomitus, neq; febricula præceſſerit, huius aut in naribus, aut in faucibus ulcus reperietur.

Si mulieri ex inguine febricula orta eſt, neq; cauſſa apparet, ulcus in uulua eſt.

Vrina autem craſſa, ex qua quid deſidet, album eſt, ſignificat circa articulos, aut circa uiſcera, dolorem, metumq; morbi eſſe.

Eadem uiridis, aut uiſcerum dolorẽ, tumoremq; cum aliquo periculo ſubeſſe, aut

aut corpus certe integrum non eſſe, teſta-
tur.

At ſi ſanguis aut pus in urina eſt, uel ue
ſica uel renes exulcerati ſunt.

Si hæc craſſa caruncula quaſdam exi-
guos quaſi capillos habet, aut ſi bullat,
aut male olet, & interdum quaſi harenã,
interdum quaſi ſanguinem trahit, dolẽt
autem coxæ, quæq́ inter has, ſuperq́ pu-
bem ſunt, & accedunt frequenter ructus,
interdum uomitus bilioſus, extremæq́
partes frigeſcunt, urinæ crebra cupiditas,
ſed magna difficultas eſt, & quod inde
excretum eſt, aquæ ſimile, uel ruffum uel
pallidum eſt, paulum tamen in eo leua-
menti eſt, aluus uero cum multo ſpiritu
redditur, utiq; in renibus uitium eſt.

Aut ſi paulatim deſtillat, uel ſi ſanguis
per hanc æditur, & in eo quædam cruen
ta ſunt, idq́ ipſum cum difficultate reddi
tur, & circa pubem inferiores partes do-
lent, in eadem ueſica uitium eſt.

Calculoſi uero his inditijs cognoſcun
tur.

Difficulter urina redditur, paulatimq́
interdum etiam ſine uoluntate deſtillat.

Eadẽ harenoſa eſt, nonnunq̃ aut ſan-

guis,aut cruentum,aut purulentum ali=quid cum ea excernitur. Eamq; quidam promptius recti,quidam reſupinati,maximeq́; hi qui grandes calculos habent, quidam etiam inclinati reddunt, coléq; extendendo,dolorem leuant.

Grauitatis quoq; cuiuſdam in ea parte ſenſus eſt,atq; ea curſu, omniq́; motu augetur.

Quidam etiam cum torquentur, pedes inter ſe ſubinde mutatis uicibus implicant.

Fœminæ uero oras naturalium ſuorũ, manibus admotis ſcabere crebro coguntur.Nonnunq̃; ſi digitum admouerunt, ubi ueſicę ceruicem is urget,calculum ſentiunt.

At qui ſpumantem ſanguinem excreant,his in pulmone uitium eſt.

Mulieri grauidę ſine modo fuſa aluus, elidere partum poteſt.

Eidem ſi lac ex mammis perfluit, imbecillum eſt quod intus gerit.

Duræ mammæ ſanum illud eſſe teſtãtur.

Frequens ſingultus,& præter conſuetudinem continuus,iecur inflammatum eſſe ſignificat.

Si

Si tumores ſuper ulcera ſubito eſſe deſierunt, idq; à tergo incidit, uel diſtentio neruorum, uel rigor timeri poteſt.

At ſi à priori parte id euenit, uel lateris acutus dolor, uel inſania expectanda eſt. Interdum etiam huiuſmodi caſu, quæ tutiſſima inter hæc eſt, profuſio alui ſequitur.

Si ora uenarum ſanguinem ſolita fundere, ſubito ſuppreſſa ſunt, aut aqua inter cutem, aut tabes ſequitur.

Eadem tabes ſubit, ſi in lateres dolore orta ſuppuratio, intra quadraginta dies purgari non potuit.

At ſi longa triſtitia cum longo timore & uigilia eſt, atræ bilis morbus ſubeſt.

Quibus ſæpe ex naribus fluit ſanguis, his aut lien tumet, aut capitis dolores ſũt, quos ſequetur, ut quædam ante oculos, tanq; imagines obuerſentur.

At quibus magni lienes ſunt, his gingiuæ malæ ſunt, & os olet, aut ſanguis aliqua parte proruperit. Quorum ſi nihil euenit, neceſſe eſt in cruribus mala ulcera, & ex his nigræ cicatrices fiant.

Quibus cauſſa doloris, neq; ſenſus eius eſt, his mens labat.

Si uëtrem ſanguis confluxit, ibi in pus uertitur.

Si à coxis & ab inferioribus partibus dolor in pectus tranſit, neq; ullum ſignũ malum acceſſit, ſuppurationis eo loco periculum eſt.

Quibus ſine febre aliqua ex parte dolor aut prurigo cum rubore, aut calor eſt, id aliquid ſuppurat.

Vrina quoq; quæ in homine ſano parum liquida eſt, circa aures futuram aliquam ſuppurationem eſſe, denunctiat. Hæc uero cum ſine febre quoq; uel latentium uel futurarum rerum notas habeãt, multo certiora ſunt, ubi febris acceſſit, atque etiam aliorum membrorum tum ſigna noſcuntur.

Ergo protinus inſania timẽda eſt, ubi expeditior alicuius, q̃ ſani fuit, ſermo eſt, ſubitoq; loquacitas orta eſt, & hęc ipſa ſolito audatior, aut ubi raro quis & uehementer ſpirat, uenasq; concitatas habet, præcordijs duris & tumentibus.

Oculorum quoq; frequens motus, & in capitis dolore effuſæ oculis tenebræ, uel nullo dolore ſubſtante ſomnus ereptus, continuataq; nocte & die uigilia, uel

uel proſtratum contra conſuetudinẽ corpus in uentrem, ſic, ut ipſius alui dolor id non coegerit, item robuſto adhuc corpore, inſolitus dentium ſtridor, inſaniæ ſigna ſunt.

Si quid etiam abſceſſit, anteq̃ ſuppuraret manente adhuc corpore, inſolita febri ſubſedit, periculum adfert primum furoris, deinde interitus.

Auris quoq; dolor acutus, cum febre continua, uehementiq́;, ſæpe mentẽ turbat, & ex eo caſu iuniores, interdum ſeptimum diem moriuntur, ſeniores tardius, quoniam neq; æque magnas febres experiuntur, neq; æque inſaniunt, ita ſuſtinẽt dum is affectus intus uerſatur. Suffuſæ quoq; mulieris mammæ, furorẽ uenturum eſſe teſtantur.

Quibus autem longæ febres ſunt, his aut abſceſſus aliqui, aut articulorum dolores erunt.

Quorum faucibus in febre eliditur ſpiritus, inſtat his neruorum diſtentio.

Si angina ſubito finita eſt, in pulmonẽ id malum tranſit, idq́; ſæpe intra ſeptimũ diem occidit. Quod niſi incidat, ſequitur ut aliqua parte ſuppuret.

Deinde poſt alui longam reſolutionē, tormina. Poſt hæc inteſtinorum leuitas oritur.

Poſt nimias deſtillationes, tabes.

Poſt lateris dolores, uitia pulmonum, poſt hæc inſania.

Poſt magnos feruores corporis, neruorum rigor aut diſtentio.

Vbi caput uulneratum eſt, delirium.

Vbi uigilia torſit, neruorum diſtentio.

Vbi uehementer uenę ſuper ulcera mouentur, ſanguinis profluuium erit.

Suppuratio uero pluribus morbis excitatur.

Nam ſi longæ febres ſine dolore, ſine manifeſta cauſſa remanent, in aliquā partem id malum incumbit in iunioribus tātum, in ſenioribus ex eiuſmodi morbo quartana ferè naſcitur.

Eadem ſuppuratio fit, ſi præcordia dura dolentia, ante uigeſimum diem hominem non ſuſtulerunt, neq; ſanguis ex naribus fluxit, maximeq; in adoleſcentibus. Vtiq; ſi inter principia, aut oculorum caligo, aut capitis dolores fuerunt, ſed tum in inferioribus partibus aliquid abſcedit.

At ſi præcordia tumorem mollem habent,

bent, neq; habere intra ſexaginta dies deſinunt, hæretq; per omne id tempus febris, tum in ſupperioribus partibus fit abſceſſus, ac, ſi inter ipſa ulcera non fuit, circa aures erumpit.

Cumq; omnis longus tumor ad ſuppurationem ferè ſpectet, magis eò tendit is qui in præcordijs, q̃ is qui infra eſt.

Si laſſitudinis etiam ſenſus in febre eſt, uel in maxillis, uel in articulis aliquid abſcedit.

Interdum quoq; urina tenuis & cruda ſic diu fertur, ut alia ſalutaria ſigna ſint, exq; eo caſu, plærumq; infra tranſuerſum ſeptum, quod διάφραγμα Greci uocant, fit abſceſſus.

Dolor autẽ pulmonis, ſi neq; per ſputa, neq; per cucurbiculas, neq; per ſanguinis detractionem, neq; per uictus rationẽ finitus eſt, uomicas aliquas interdum excitat, aut circa uigeſimum diem, aut quadrageſimum, nonnunq; etiam circa ſexageſimum. Numerabimus autem ab eo die, quo primum febricitauit aliquis, aut inhorruit, aut grauitatem eius partis ſenſit. Sed hæ uomicæ modo à pulmone, modo à contraria parte naſcuntur.

Quòd

Quòd ſi ſuppurat, ſi ab ea parte (quam afficit) dolorem, inflammationemq́ concitat, ipſum calidius eſt, & ſi in partem ſanam aliquis decubuit, onerare eam ex põdere aliquo uidetur.

Omnis etiam ſuppuratio quæ nondũ oculis patet, ſic deprehendi poteſt: Si febris non dimittit, eaq́ interdiu leuior eſt, noctu increſcit, multus ſudor oritur. Cupiditas tuſſiendi eſt, & pene nihil in tuſſi excreatur, oculi caui ſunt, malæ rubent, uenæ ſub lingua inalbeſcunt, in manibus fiunt adunci ungues, digiti, maximeq; ſũmi calent, in pedibus tumores ſunt, ſpiritus difficilius trahitur, cibi faſtidium eſt, puſtulæ toto corpore oriuntur. Quòd ſi protinus initio dolor & tuſſis fuit, & ſpiritus difficultas, uomica, uel ante uel circa uigeſimum diem erumpet.

Si ſetius iſta cœperint, neceſſe eſt quidem increſcant, ſed quo minus cito effecerint, eo tardius ſoluentur.

Solent etiam in graui morbo, pedes cũ digitis, unguibuſq́ nigreſcere. Quod ſi non eſt mors conſequuta, & reliquum corpus inualuit, pedes tamen decidunt.

Quæ

## QVAE NOTAE IN QVOque morbi genere, uel ſpem uel pericula oſtendant.

SEquitur, ut in quoq; morbi genere, proprias notas explicem, quæ uel ſpẽ uel periculum oſtendant.

Ex ueſica dolente, ſi purulenta urina proceſſit, inq; ea leue & album ſubſedit, metum detrahit.

In pulmonis morbo, ſi ſputo ipſo leuatur dolor, quamuis id purulentum eſt, tamen æger facile ſpirat, facile excreat, morbum ipſum non difficulter fert, poteſt ei ſecunda ualetudo contingere.

Neq; inter initia terreri conuenit, ſi protinus ſputum miſtum eſt ruffo quodam & ſanguine, dummodo ſtatim ædatur.

Laterum dolores ſuppuratione facta, deinde intra quadrageſimum diem purgata, finiuntur.

Si in iecinore uomica eſt, & ex ea fertur pus purum & album, ſalus ei facilis. Id enim malum in tunica eſt.

Ex ſuppurationibus uero, hæ tolerabiles ſunt, quæ in exteriorem partem feruntur & acuuntur. Et ex his quæ intus procedunt, hæ leuiores, quæ contra ſe cutem

non

non afficiunt, eamq́ & ſine dolore eſſe, & eiuſdem coloris, cuius reliquæ partes ſunt, ſinunt eſſe.

Pus quoq; quacunq; parte erumpit, ſi eſt leue, albũ, unius coloris, ſine ullo metu eſt, & quo effuſio febris protinus conquieuit, deſieruntq́; urgere, cibi faſtidiũ, & potionis deſyderium, ſi quando etiã ſuppuratio deſcendit in crura, ſputumq́; eiuſdem factum pro ruffa purulẽtum eſt, periculi minus eſt.

At in tabe eius qui ſaluus futurus eſt, ſputum eſſe debet album, æquale totũ, eiuſdemq́; coloris, ſine pituita, eiq; etiam ſimile eſſe oportet, ſi quis in nares à capite diſtillat.

Longe optimum eſt febrem omnino non eſſe, ſecundum eſt, tantulam eſſe, ut neq; cibum impediat, neq; crebram ſitim faciat.

Aluus in hac ualetudine ea tuta eſt, quę quotidie coacta, eaq; conuenientia his, quæ aſſumuntur reddit.

Corpus id quod minime tenue, maximiq; pectoris atq; ſetoſi eſt, cuiuſq; cartilago exigua & carnoſa eſt.

Super tabem ſi mulieri quoq; ſuppreſ-

ſa

ſa menſtrua fuerunt, & circa pectus atq; ſcapulas dolor manſit, ſubitoq; ſanguis erupit, leuari morbus ſolet. Nam & tuſſis minuetur, & ſitis atq; febriculæ deſinunt.

Sed ijſdem ferè, niſi redit ſanguis, uomica erumpit, quæ quo cruentior, eò melior eſt.

Aqua autem inter cutem minime terribilis eſt, quæ nullo antecedente morbo cœpit, deinde quæ longo morbo ſuperuenit. Vtiq; ſi firma uiſcera ſunt, ſi ſpiritus facilis, ſi nullus dolor, ſi ſine calore corpus eſt, æqualiterq́; in extremis partibus macrum eſt, ſi uenter mollis, ſi nulla tuſſis, nulla ſitis, ſi lingua (ne per ſomnum quidem) inareſcit, ſi cibi cupiditas eſt, ſi uenter medicamentis mouetur, ſi per ſe excernit mollia & figurata, ſi extenuatur, ſi urina & uini mutatione, & epotis aliquibus medicamentis mutatur. Si corpus ſine laſſitudine eſt, & morbum facile ſuſtinet. Siquidẽ in quo omnia hæc ſunt, is ex toto tutus eſt, in quo plura ex his ſũt, is in bona ſpe eſt.

Articulorum uero uitia, ut podagræ, chiragræq́;, ſi iuuenes tentarunt, neq; callum induxerũt, ſolui poſſunt, maximeq́;

tor-

torminibus leniuntur, & ex quocumque morbo uenter fluit.

Item morbus comitialis ante pubertatem ortus, non ægre finitur, & in quo ab una parte corporis uenientis acceſſionis ſenſus incipit, optimum eſt à manibus pedibusue initium fieri, deinde à lateribus peſſimum inter hæc à capite.

Atq; in his quoq; ea maxime proſunt, quæ per deiectiones excernuntur.

Ipſa autem deiectio, ſine ulla noxa eſt, quæ ſine febre eſt, ſi celeriter deſinit, ſi cõtracto uentre nullus motus eius ſentitur, ſi extremam aluum ſpiritus ſequitur.

Acria tormina quidem periculoſa nõ ſunt, ſi ſanguis & ſtrigmenta deſcendũt, dũ febris, cæteręq́; acceſſiones huius morbi obſint. Adeo ut etiam grauida mulier non ſolum reſeruari poſſit, ſed etiam partum reſeruare. Prodeſtq́; in hoc morbo, ſi iam ætate aliquis proceſſit.

Contra inteſtinorum leuitas, facilius à teneribus ætatibus depellitur, utiq; ſi fieri urina & ali cibo corpus incipit.

Eadem ætas prodeſt, & in coxę dolore, & humerorum, & in omni reſolutione neruorum. Ex quibus coxa, ſi ſine tor-

pore

pore eſt, ſi leuiter friget, quamuis magnos dolores habet, tamen & facile & mature ſanatur, reſolutumq́ membrum ſi nihilominus aliter fieri ſanum poteſt, oris reſolutio etiam, aluo cita finitur. Omniſq́ deiectio lippienti prodeſt.

At uarix ortus, uel per ora uenarum, ſubita profuſio ſanguinis uel tormina, inſaniam tollunt.

Humerorum dolores, qui ad ſcapulas uel manus tollunt, uomitu atræ bilis ſoluuntur. Et quiſquis dolor deorſum tendit, ſanabilior eſt.

Singultus ſternutamento finitur.

Longas deiectiones ſupprimit uomitus.

Mulier ſanguinem uomens profuſis menſtruis laboratur.

Quæ menſtruis non purgatur, ſi ſanguinem ex naribus fudit, omni periculo uacat.

Quæ locis laborat, aut difficulter partum ædit, ſternutamento leuatur.

Aeſtiua quartana ferè breuis eſt.

Cui calor & tremor eſt, ſaluti delirium eſt.

Lienoſis bona tormina ſunt. Deniq;

ipſa febris (quod maxime mirum uideri poteſt) ſæpe præſidio eſt. Nam & præcordiorum dolores ſi ſine inflammatione ſunt, finit, & in iecinoris dolore ſuccurrit, & neruorum diſtentionem, rigoremq́; (ſi poſtea cœpit) ex toto tollit, & ex difficultate urinæ morbum tenuioris inteſtini ortum (ſi urinam per calorem mouet) leuat.

At dolores capitis quibus oculorum caligo & rubor, cum quadam frontis prurigine accedunt, ſanguinis profuſione, uel fortuita uel etiam petita ſummouentur.

Si capitis ac frontis dolores ex uento, uel frigore & æſtu ſunt, grauedine & ſternutamentis finiuntur.

Febrem autem ardentem, quam Græci καυσοδὴν uocant, ſubitus horror exoluit.

Si in febre aures obtuſæ ſunt, ſi ſanguis è naribus fluxit, aut uenter reſolutus eſt, illud malum deſinit ex toto.

Nihil plus aduerſum ſurditatem quã bilioſa aluus poteſt.

Quibus in fiſtula urinæ uti minuti abſceſſus, quos Græci φύματα uocant, eſſe

cœ

cœperunt, ubi pus ea parte profluxit, ſanitas redditur. Ex quibus cum plæraq; per ſe proueniant, ſcire licet inter ea quoque, quę ars adhibet, naturam plurimum poſſe.

Contra, ſi caput febre continenti dolet, neq; quicq; reddit, malum atq; mortiferum eſt, maximeq; id periculum eſt pueris à ſeptimo uſq; ad quartumdecimū.

In pulmonis morbo, ſi ſputum primis diebus non fuit, deinde à ſeptimo die cœpit, & ultra ſeptimum manſit, periculoſum eſt. Quantoq; magis miſtos, neq; inter ſe diductos colores habet, tanto deterius. Et tamē nihil peius eſt q; ſyncerum, id eſt, ſiue ruffum eſt, ſiue cruentum, ſiue album, ſiue glutinoſum, ſiue pallidum, ſiue ſpumans, nigrum tamen peſſimum eſt.

In eodem morbo periculoſa ſunt, tuſſis, deſtillatio, etiam, quod aliàs ſalutare habetur, ſternutamentum.

Periculoſiſſimum eſt, ſi hæc ſecuta ſubita deiectio eſt.

Ferèuero quæ in pulmonis, eadem in lateris doloribus, et mitiora ſigna & aſperiora eſſe conſueuerunt.

Ex iecinore ſi pus cruentum exit, mortiferum eſt.

At ex ſuppurationibus hæ peſſimę ſũt, quæ intus tendunt, ſic ut exteriorē quoq; cutem decolorent.

Ex his deinde, quæ in exteriorem partem prorumpit, quæ maximæ quæq; planiſſimæ ſunt. Quod ſi ne rupta quidem uomica, uel pure extrinſecus emiſſo febris quieuit, tamen repetit.

Item ſi ſitis eſt, ſi cibi faſtidium, ſi uenter liquidus, ſi pus eſt liuidum et pallidũ, ſi nihil æger excitat, niſi pituitam ſpumãtem, periculum certum eſt.

Atq; ex his quidem ſuppurationibus, quas pulmonum morbi concitarunt, ferè ſenes moriuntur, ex cæteris iuniores.

At in tale ſputum mixtum, purulentũ, febris aſſidua, quæ & cibi tempora eripit, & ſiti adfligit in corpore tenui, periculum ſubeſſe teſtatur.

Si quis etiam in eo morbo diutius traxit, ubi capilli fluunt, ubi ruina quædam araneis ſimilia ſubſidentia oſtendit, atq; in his odor fœdus eſt, maximeq; ubi poſt hæc orta deiectio eſt, protinus moritur.

Vtiq; ſi tempus autumni eſt, quo ferè qui

qui cætera parte anni traxerunt, reſoluuntur.

Item pus expuiſſe in hoc morbo, deinde ex toto ſpuere deſijſſe, mortiferũ eſt.

Solent etiam in adoleſcentibus ex eo morbo uomicæ, fiſtulæq́ oriri, quæ non facile ſaneſcunt, niſi ſi multa ſigna bonæ ualetudinis ſubſecuta ſunt.

Ex reliquis uero minime facile ſanantur uirgines, aut hæ mulieres, quibus ſuper tabem, menſtrua ſuppreſſa ſunt.

Cui uero ſano ſubitus dolor capitis ortus eſt, dein ſomnus oppreſſit, ſic ut ſtertat, neq; expergiſcatur, intra ſeptimum diem pereundum eſt, magis ſi eum aluus cita non anteceſſerit.

Si palpebræ dormientis non coeunt, ſi album oculorum apparet. Quos tamẽ ita mors ſequitur, ſi id malum non eſt febre diſcuſſum.

At aqua inter cutem, ſi ex acuto morbo cœpit, ad ſanitatem raro producitur, utiq; ſi contraria his quæ ſupra poſita ſũt, ſubſequuntur, æque in ea quoq; tuſſis, ſpem tollit.

Item ſi ſanguis ſurſum, deorſumq́ erupit, aqua medium corpus impleuit.

Quibuſdam etiam in hoc morbo tu-mores oriuntur, deinde oriũtur, deinde deſinunt, deinde rurſus aſſurgunt.

Hi quidem tutiores ſunt, quàm qui ſu-pra comprehenſi ſunt, ſi attẽduntur, ſed ferè fiducia ſecundæ ualetudinis oppri-muntur.

Illud iure aliquis mirabitur, quomo-do quædam ſimul & adfligãt noſtra cor-pora, & parte aliqua tueantur. Nam ſiue aqua inter cutem quem impleuit, ſiue in magno abſceſſu multum puris coijt, ſi-mul id omne effudiſſe, æque mortiferũ eſt, ac ſi quis ſani corporis uulnere fractus exanguis eſt.

Articuli uero ſi ſic dolent, ut ſuper eos ex callo quædam tubercula innata ſunt, nunquàm liberantur, quæq́ eorum uitia uel in ſenectutem ab adoleſcentia perue-nerunt, ut aliquando leniri poſſunt, ſic nunq́ ex toto finiuntur.

Morbus quoq; comitialis, poſt annũ quintum & uigeſimum ortus, ægre cura-tur, multoq́ ægrius is qui poſt quadrage-ſimum annum cœpit, adeo ut in ea æta-te aliquid in natura ſeri, uix quicquàm in medicina ſit.

In

In eodem morbo ſi ſimul totum corpus afficit, neq; ante in partibus aliquis uenientis mali ſenſus eſt, ſed homo ex improuiſo concidit, cuiuſcunq; is ætatis eſt, uix ſeneſcit.

Si uero aut mens læſa eſt, aut neruorũ facta reſolutio, medicinæ locus non eſt.

Deiectionibus quoq; ſi febris acceſſit, ſi inflammatio iecinoris, aut præcordiorũ, aut uentris, ſi immodica ſitis, ſi longius tempus, ſi aluus uaria, ſi cum dolore eſt, etiam mortis periculũ ſubeſt, maximeq; ſi inter hæc tormina uetera eſſe cœperũt.

Isq; morbus maxime pueros abſumit, uſq; ad annum decimum.

Cæteræ ætates facilius ſuſtinent.

Mulier quoq; grauida eiuſmodi caſu rapi poteſt, atq; etiam ſi ipſa cõualuit, partum tamen perdit.

Qunietiam tormina ab atra bile orſa, mortifera ſunt, aut ſi ſub his extenuato iã corpore ſubito nigra aluus profluxit, aut inteſtinorum lenitas.

Periculoſior eſt, ſi frequẽs deiectio eſt, ſi uenter omnibus horis & cum ſomno & ſine hoc profluit.

Si ſimiliter noctu & interdiu, ſi quid excer

excernitur, aut crudum eſt, aut nigrũ, & præter id etiam leue, & mali odoris ſit, ſi tis urget, ſi poſt porionem urina non red ditur, quod euenit, quia tunc liquor om= nis non in ueſicam, ſed in inteſtina deſcẽ dit, ſi os exulceratur, ſi rubet facies, et qua ſi maculis quibuſdam colorum omniũ diſtinguitur, ſi uenter eſt quaſi fermenta= tus, pinguis atq; rugoſus, ſi & cibi cupidi= tas moleſta eſt. Inter quæ cum euidens mors ſit, multo euidentior eſt, ſi iam in longinquum quoq; id uitium eſt, maxi= me etiam ſi in corpore ſimul eſt, ſi uero in tenuiore inteſtino morbus eſt, uomi= tus, ſingultus, neruorum diſtentio, deliri um, mala ſunt.

At in morbo arquato durum fieri ie= cur, periculoſiſſimum eſt.

Quos liens male habet, ſi tormina prę henderunt, deinde inuerſa ſunt, uel in a= quam inter cutem, uel in inteſtinorum le uitatem, uix ulla medicina periculo ſub= trahit.

Morbus inteſtini tenuioris, niſi reſolu= tus eſt, inter ſeptimum diem occidit.

Mulier ex partu, ſi cum febre uehemen tibus etiam & aſſiduis capitis doloribus

præmitur, in periculo mortis eſt.

Si dolor atq; inflãmatio eſt in his partibus, quibus uiſcera continentur, frequẽter ſpirare ſignum malum eſt.

Si ſine cauſſa longus dolor capitis eſt, & in ceruices & ſcapulas tranſit, rurſusq́; in caput reuertitur, aut à capite ad ceruices, ſcapulasq́; peruenit, pernitioſus eſt, niſi uomicam aliquam excitauit, ſic, ut pus extuſſiretur, aut niſi ſanguis ex aliqua parte prorupit, aut niſi in capite multa prurigo, totóue corpore puſtulæ ortæ ſunt.

Aeque magnum malum eſt, ubi torpor atq; prurigo peruagantur, modo per totum caput, modo in parte, aut ſenſus alicuius ibi quaſi frigoris eſt, eaq́; ad ſummam quoq; linguam perueniunt.

Et cum in iiſdem acceſſibus auxilium ſit, eò difficilior ſanitas eſt, quo minus ſæpe ſub his malis illi ſubſequuntur.

In coxæ uero doloribus ſi uehemens torpor eſt, frigeſcit crus & coxa, aluus niſi coacta, non reddit, idq́; quod excernitur, mucoſum eſt, iamq́; ætas eius hominis quadrageſimum annũ excreſcit, is morbus erit longiſſimus, minimeq́; annuus, neq; finiri poterit, niſi aut uere aut autumno.

Difficilis æque curatio eſt, in eadẽ ætate, ubi humerorum dolor, uel ad manus peruenit, uel ad ſcapulas tendit, torporemq; & dolorem creat, neq; bilis uomitu leuatur.

Quacunq; uero parte corporis membrum aliquod reſolutum eſt, ſi neq; mouetur & emacreſcit, in priſtinũ habitum non conuertitur, eoq́; minus, quo uetuſtius id uitium eſt, & quo magis in corpore ſenili eſt. Omniq́; reſolutioni neruorum, ad medicinam non idonea tempora ſũt, hyems & autumnus, aliquid ſeparatim poſt, uere & æſtate. Isq́; morbus mediocris uix ſanatur, uehemens ſanari non poteſt.

Omnis etiam dolor minus medicinæ patet, qui ſurſum procedit.

Mulieri grauidæ ſi ſubito mammæ emarcuerunt, abortus periculum eſt.

Quæ neq; peperit atque grauida eſt, ſi lac habet, à menſtruis defecta eſt.

Quartana æſtiua breuis, autumnalis ferè longa eſt, maximeq; quæ cœpit hyeme appropinquante.

Si ſanguis profluxit, deinde ſecuta eſt dementia, cum diſtentione neruorum,

pe-

periculum mortis eſt.

Itemq́; ſi medicamentis purgatum, & adhuc inanem neruorum diſtentio oppreſſit, aut ſi in magno dolore extremæ partes frigent. Neq; is ad uitam redit, qui ex ſuſpendio, ſpumãte ore detractus eſt.

Aluus nigra, ſanguini atro, ſimilis repẽtina ſiue cum febre ſiue etiã ſine, hoc eſt, pernitioſa eſt.

Cum nullum cõmune peſtilentis morbi genus graſſatur, ſed diſperſi, diſſimilesq́; fuerint morbi, iꝫ magis q̃ reliqui omnes, hominem perimere ſolent.

## DE PRAESAGIIS EX decubitu.

DEprehendendus eſt æger, in dextrũ, ſiniſtrumue latus cubans, brachiꝫs, ceruice, & cruribus paulum reductis, ac uniuerſo corpore molliter affecto, qui ferè ſani quoq; iacentis habitus eſt. Quippe cum optimus ſit ille decubitus, qui à ſanorum conſuetudine non uariat. Lib Pręſ. 1. Aph 16.

Sed non laudatur decubitus, quo brachia, ceruix, & crura extendũtur. Aph. 17.

Id uero grauius eſt, ſi ſe ipſum ęger cõtinere non ualens, ad pedes ſubinde delabitur.

Vbi pedes incidat,neq; ijs calor ſubeſt, ubi brachia,ceruicem,& crura inæqualiter diſpergit,ac nudat,mali morbi ægriq́; ſignum eſt.

Pernitioſum eſt,ubi hians quis aſſidue dormit,aut ubi ſupinus iacet, cruribusq́; uehementer contortis,complicatiſq́;.

Si pronus iacet is,qui per bonam ualetudinem ſic dormire conſueuit, aut delirium,aut uentris doloré portendit. Aph. uiceſimoſecundo.

Vbi reſidere uult æger, in ipſo morbi uigore,malum quidem inditium eſt, in omnibus acutis affectibus, ſed longe peſſimũ pulmonibus laborantibus. Aph.23.

Stridor dentium per febres,præter cõſuetudinem à teneris contractam,inſaniam ſignificat,et morté. Atqui ab utriſq́; futurum periculum. Aph.24.

Si uero iam deliranti ſtridor quoq; accedit,uix aliam æque pernitioſam inuenies notam.

Vlcus ſiue ante,ſiue in ipſo morbo natum eſt,obſeruari debet·Nam ſi moritu rus eſt homo,aridum,aut liuens,aut pallidum,ante mortem apparet. Aph.25.

Ex matutina lotione huiuſcemodi no

tas

tas perpende, in acutis febribus, in peri-
pneumonia, phrenitide, capitis dolore,
ſi quis eas faciei admouerit, ut inde quip
piam ſuperuacui uenetur, aut feſtucas car
pat, aut à ueſte floccas, aut à pariete pale-
as auellat, omnes hæ malæ, letaleſq́ ſūt.
Aph. 26.

Spiritus frequens, aut doloris aut in-
flammationis, in partibus ſepto tranſuer
ſo ſuperioribus, indicium eſt: magnus &
ex longis interuallis delirium declarat,
frigidus ex naribus & ore prodiens, leta-
lis admodum eſt. Aph. 27.

Facilis ſpiratio in acutis morbis qui-
bus febris copulatur, quæq́ intra 40. dies
finiri ſolent, magnum habet ad ſalutem
momentum. Aph. 28.

## DE PRAESAGIIS EX ſomno.

IN quo morbo ſomnus laborem facit,
mortale, ſi uero iuuat, non mortale.
Hip. lib. 2. Aph. 1.

Vbi ſomnus delirium ſedat, bonum.
Lib. 2. Aph. 2.

Somnus atq; uigilia, utraq; ſi modum
exceſſerunt, malum. Aph. 3.

Somnus, uigiliæ, utraq; modum exce-
den

dentia, morbus. Lib. 7. Aph. 68.

Quod ad ſomni rationem pertinet, quemadmodum ſani etiam ſolent, inter diu uigilare, noctu uero dormire oportet, à qua conſuetudine ſi quis aberrauerit, peior erit ſomnus, qui inter quartam horam & noctem, quàm qui matutino tempore, ad quartam. Peſſimum tamen eſt, ſi ſomnus neque noctu, neque interdiu accedit, id enim uel ob dolorem, laboremque accidit, uel delirium futurum ſignificat. Præſ. lib. 1. Aph. 11. 12.

Plura uide titulo de præſagijs morborum in generali.

## DE LASSITVDINE.

SPontaneæ laſſitudines, morbos prænunctiant. Hip. lib. 2. Aph. 5.

In omni corporis motu ubi laborare cœperit, quies ſtatim laſſitudinem aufert. Lib. 2. Aph. 48.

Laſſitudinem habentibus in febribus, in articulos, & circa maxillas potiſſimum abſceſſus fiunt, Lib. 4. Aph. 18.

Halycæ, anxietudo, oſcitatio, horror, uinum æquale æquali potum, ſoluit ægritudinem. Lib. 7. Aph. Aph. 57.

De

## DE SIGNIS MORTIS.

IN febribus non intermittentibus, ſi partes exteriores frigidæ, interiores uruntur, & ſitim habeat, letale eſt. Lib. 4. Aph. 48.

In febre non intermittente, ſi labrum uel oculus, uel naſus, uel ſupercilium peruertatur, uel non uideat, uel non audiat, iam debili exiſtente corpore, quicquid horum euenerit, mors proxima eſt. Lib. 4. Aph. 49.

Vbi in febre non intermittente, difficultas ſpirandi, & delirium letale. Lib. 4. Aph. 50.

In quo morbo ſomnus laborem facit, mortale, ſi uero iuuat, non mortale. Lib. 2. Aph. 1.

De malis præſagijs & tamen non letalibus, uide in titulo de præſagijs morborum in generali.

Senibus qui longi morbi accidũt, maxima ex parte comitantur ad mortem. Lib. 2. Aph. 39.

Morbis quibuslibet incipientibus, ſi atra bilis, uel infra, uel ſupra exierit, malum. Lib. 4. Aph. 22.

Difficultas inteſtinorum, ſi ab atra bile

le inceperit, letalis eſt. Lib. 4. Aph. 26.

A difficultate inteſtinorum habita, ſi ueluti carunculæ exeunt, letale. Lib. quarto Aph. 26.

Si à febre habito, tumore non exiſtente in faucibus, ſtrangulatio repente ſuper uenerit, letale. Lib. 4. Aph. 34.

Si à febre habito, collum peruertatur, & uix poteſt deuorare, ſine ullo tumore letale.

Si rigor incidat, febre non deficiente, ægro iam debili, letale. Lib. 4. Aph. 46.

Conuulſio ex helleboro letalis. Libro 5. Aph. 1.

Conuulſio ex uulnere letalis. Libro. 7. Aph. 2.

Mulierem utero gerentem capi aliquo morbo acuto, letale eſt. Lib. 5. Aph. 5.

A tabe habito profluuium alui ſuperueniens, letale. Lib. 5. Aph. 14.

Qui tabe moleſtantur, ſi ſputum quod extuſſiunt, graue olet iniectum carbonibus, & capilli à capite defluunt, letale. Libro 5. Aph. 11.

Si mulieri grauidæ in utero ſit eryſipilas, letale. Lib. 5. Aph. 43.

Veſica diſcuſſa aut cerebro, aut corde, aut

aut ſepto, aut aliquo ex tenuioribus inteſtinis, aut uentriculo, aut iecore letale eſt. Lib.6.Aph.18.

Quicunq; ſuppurati, aut aquam inter cutem patientes, uruntur aut ſecantur, ſi pus aut aqua uniuerſim effluxerit, omnes moriuntur. Lib.6.Aph.27.

Quicunq; ſani, dolore capitis repente capiuntur, & ſtatim muti fiunt, & ſtertũt, in ſeptem diebus pereunt, niſi febris apprehenderit. Lib.6.Aph.51.

Oportet uero conſyderare oculorum in dormientibus ſuſpectiones. Nam ſi aliquid album commiſſis palpebris ſubinſpicitur, neq; ex alui profluuio, aut medicamenti potione iſtud contingat, malũ eſt & letale ualde. Lib.6.Aph 52.

Deſipientiæ quæ cum riſu fiunt, ſecuriores, quæ uero cum ſtudio, periculoſiores. Lib.6.Aph.53.

In morbis acutis frigus partium extremarum, malum. Lib.7.Aph.1.

A puris ſputo phthiſis & fluxus, cum uero ſputum retinetur, moriuntur. Lib.7. Aph.16.

Ex medicamenti potione cõuulſio letalis. Lib.7.Aph.25.

In febribus non intermittentibus, ſi ex teriora frigent, interiora urũtur, & febres habeat, letale.

In febre non intermittente, ſi labrum, aut naſus, aut oculus, aut ſupercilium per uertitur, ſi non uideat, ſi non audiat, & iã debilis ſit, quicquid horum fuerit, mors prope eſt.

Quibus cerebrum ſphacelatum, id eſt, corruptum, in tribus diebus pereunt, ſi uero hoc euaſerint, ſani fiunt. Libro. 7. Aph. 39.

Pręſagia mortis ex facie, uide titulo de facie.

Præſagia ex oculis, uide Oculus.

Præſagia ex decubitu, uide de decubi‑tu.

Præſagia lethalia ex ſudore, uide ſu‑dor.

Præſagia ex præcordijs, uide præcor‑dia.

Præſagia ex hydrope, ex ſomno, ex ex‑crementis alui, ex urinis, uomitu, ſputo, ſuppuratione, obſeſſibus, ueſica, uide ſub titulis eorundem.

Multa præſagia mortis, uide ſub titulo de præſagijs morborum in generali, & in

inibi ex Cornelio Celſo quædam.

## EX SORANO DE SIGnis letalibus.

CApitis dolor ſi fuerit,& tumor in faciẽ ſubito naſcitur ſine ullo dolore; & ſi ſiniſtra manu & in pectore ſupraſcriſptus fuerit tumor,& ſi nares ſibi aſſiduè ſcalpet,uiceſimo tertio die morietur.

Phrenetico,ſi ambo genua roſea facta fuerint ſolida cum inflammatione, ipſa die morietur.

Oris uitia ſi fuerint nata,& buccæ in labore fuerunt,& in collo uenæ ſint extenſæ,& papulæ fuerint ſuper ipſas uenulas perrubeas,uel albæ natæ fuerint, uel ſomnus tardus fuerit,& lauacrum deſyderauerit,uel uaporem calidum,quinquageſimo ſecundo die moritur. Affectio hæc infeſtat illos qui ſatis calide amant lauare.

Vuæ cui uitia fuerint, ſi ſub lingua papula apparuerit, inſtar pediculi porcini, & lauacrum ſiue uaporem deſyderauerit,in ipſa paſſione morietur.

Febrientibus acutæ ſi inter duos digitos in manu tumor,niger in modũ horbiliæ uiſus fuerit, & ſi dolor erit ab initio

ægritudinis,& lauacrum affectauerit, ter tio die diſcedet.

Stomachus cui doluerit & acute febru erit,ſi in dextro pede puſtula ei naſcatur acerrima,& nullum deſyderium habue- rit,uiceſimoſecundo die morietur.

Peripneumoniaco ſi ungues de polli- ce manus nigreſcunt, & in fronte papula ſanguinea nata fuerit, & ſternutatur fre- quenter,ſeptimo die morietur.

Epar cui doluerit,ſi in collo eius natæ papulæ fuerint,quatuor iunctæ unius co loris,& pollice pedis pruritus fuerit,& u- rina ueluti ſanguinea exierit,intra ſeptem dies morietur.

Ventris dolore ſi quis fuerit tortus, & in ſupercilium eius papula in modum a- uellanæ colore atro infra cilio,intra qua- tuor dies morietur.

Choleribus quis laborans, ſi iuxta um bilicum ei natæ fuerint tres papulę in mo dum ciceris, una alba, alia rubea, tertia ſubliuida,eadem die morietur.

Splenetico ſi furũculi multi in ſiniſtra manu nati fuerint, & per nares ſanguis quaſi ſpumoſus fluxerit,duodecimo die morietur.

Schiæ

Schiæ, coxendiciſq; dolor ſi fuerit ali-
cui, ſi in ſiniſtra parte rubor ſpiſſus ſit, &
ſine labore, & olera cocta deſyderauerit,
uiceſimoquinto die morietur.

Dyſentericus ſi poſt aurem ſiniſtrã pa-
pula in modum orbi nata fuerit, cum ſiti
admodum frequente, uiceſimo die mo-
rietur.

Sauia ex quacunq; cauſſa excreãtibus,
ſi maculæ ei natæ fuerint, ſicut ſolet per
omne corpus inſtar Aegyptiæ fabæ, eadẽ
die morietur.

Iteraneis cauſſis qui laborant, ſi papu-
la dura in aurem ei nata fuerit albo colo-
re, & uenter abundans fuerit, uiceſimo
die morietur.

Inteſtinum cadẽs ſi cui doluerit, quod
medici radicem dicunt, & dexter cubi-
tus ei liuidus fuerit, & uinum ſatis deſy-
derauerit, quinto die morietur.

Veſicæ dolor cui fuerit, ſi ſub axilla ſi-
niſtra papula ſeu puſtula naſcitur, & qua
ſi uideat grauiter dormire, decimoquin-
to die morietur.

Dyſuria, hoc eſt, urinæ difficultas cum
infeſtarit, ſi in ſiniſtram aurem furunculi
in modum lenticulæ q; plures nati fue-

rint,& in ipſa ægritudine oculos ſibi fortiter fricauerit, undecimo die morietur.

Sanguinem reijcientibus ſi in gutture eorum ordio laniati fuerint, uel de ore eius ſaliua, per mentum deſcendit, uiceſima die morientur.

Hemorrhoidas habentes, ſi in plantis eius puſtulæ multæ, nigro colore ſuffuſæ ſuboriantur, uiceſimo octauo die morientur.

Puſtulas habentes & uulnera, aut fiſtulas, aut antheromata, uel quælibet apoſtemata, ſi ſupra ceruicem, aut ſupra umbilicum, aut iuxta cor, uel iuxta mammillam populæ in modum lenticulæ multę eis natæ fuerint, & dulcem cibum deſyderauerint, quadrageſimo die morientur.

## DE ALVO DVCENDA.

IN perturbatione uentris & uomitibus ſpontinis, ſi talia purgentur qualia purgari oportet, confert & leniter ferunt, ſin minus contra, ſic & uaſorum inanitio, ſi talis fiat qualis fieri debet, confert & bene tolerant, ſin minus contra. Inſpicere autem oportet regionem & tempus, & ætatem, & morbos, in quibus conueniat aut

*Non autē de quantitate loquitur, ſed de qualitate.*

aut non Hip. Lib.1. Aph.2.

## QVANDO EXPEDIAT euacuare.

HAbitus excertitatorum, qui ad ſummum bonitatis attingunt, periculoſi, ſi in extremo conſtiterunt, neque enim poſſunt in eodem permanere, neq; quieſcere. Cum uero non quieſcant, neq; poſſunt proficere in melius, reliquum eſt igitur ut decidant in deterius. His de cauſſis bonum habitum ſtatim ſoluere expedit, ut corpus rurſum nutrire incipiat, neque compreſſiones ad extremum ducendæ, periculoſum enim Sed qualis natura fuerit eius, qui debet perferre, ad hoc ducere conuenit. Sic & euacuationes quę ad extremum deducuntur, periculoſæ. Et rurſum refectiones cum extremæ fuerint, periculoſæ. Hip. Lib.1. Aph.3.

*Poſt huius tituli lectionem, cōſule tit. de excremētis alui, nam ad eandem rē facit.*

Quæ ducere oportet, quo maxime natura uergit, per loca conferentia eò ducere, Lib.1. Aph.21.

Concocta medicari, atq; mouere, non cruda, modo non turgeant, plurima uero non turgent. Lib.1. Aph.22.

Deiectiones non multitudine ſunt æſtimandæ, ſed ſi talia deijciantur, qualia

conueniunt,& ægri facile tollerant. Atq; ubi uſq; ad animi defectionē expedit ducere faciendum,ſi æger poſſit tollerare. Lib.1.Aph.24.

In acutis paſſionibus raro, & in principijs medicinis purgantibus uti,& hoc cũ præmeditatione faciendum. Aph.24.

Si qualia oportet purgari, purgentur, confert,& facile ferunt,ſi contra, difficulter. Aph.25.

Quæ iudicantur & iudicata ſunt,integræ,neq; mouere, neq; mouere aliquid, ſiue medicamentis,ſiue aliter irritando, ſed ſinere. Aph.30.

Corpora cum quippiam purgare uoluerit,oportet fluida facere. Lib.2.Aph.9.

Quibus iuuenibus adhuc aluus humecta eſt,his ſeneſcentibus exiccatur. Quibus uero iuuenibus adhuc aluus ſicca eſt, his ſeneſcētibus,humectatur. Lib.2.Aph. uiceſimo.

Quicunq; morbi ex repletione fiunt, curat euacuatio,& quicunq; ex euacuatione,repletio,& aliorum contrarietas. Li. 2.Aph.22.

Cum morbi inchoant, ſi quid mouendum uidetur,moue,cum uero conſiſtunt

ac

ac uigent, melius eſt quietem habere. Li. 2. Aph. 29.

Qui ſalubritatem corporis habent, per medicamenta euacuati, cito exoluuntur, & qui prauo utuntur cibo. Lib. 2. Aph. 36.

Qui bene habent corpore, difficulter ferunt medicationes. Lib. 2. Aph. 37.

Plurimum atq; repente euacuare uel replere, uel calefacere, uel refrigerare, ſiue quouis alio modo corpus mouere, periculoſum. Quoniam omne nimis, naturæ eſt inimicum. Sed quod paulatim fit, tutum eſt, tum aliàs, tum cum ab altero ad ad alterum tranſitus eſt. Lib. 2. Aph. 51.

In medicationibus talia educere corpore, qualia & ſponte prodeunt utilia, quæ uero contrario modo prodeunt, cohiberi oportet. Lib. 4. Aph. 2.

Si qualia oportet purgari, purgentur, confert, & leuiter ferunt, contraria uero grauiter. Lib 4. Aph. 3.

Medicari æſtate ſuperiores magis, hyeme uero inferiores. Lib. 4. Aph. 4.

Sub cane & ante canem, difficiles ſunt medicationes. Lib. 4. Aph. 5.

Graciles & facile uomẽtes purgare ſuperius, cauentes hyemem. Lib. 4. Aph. 6.

Vomentes uero difficulter, & medio=criter bene carnoſos, per inferiora cauentes æſtatem. Lib. 4. Aph. 7.

Melancholico plenius inferiores, eadem ratione contraria apponentes. Lib. 4. Aph. 9.

Tabidos uero, cauentes ad ſuperiores purgationes. Lib. 4. Aph. 8.

Medicari in ualde acutis, ſi materia turget, eadem die, tardare enim in talibus, malum eſt. Lib. 4. Aph. 10.

Quibus tormina & circa umbilicum labores, & lumborum dolor, qui neq; à medicamento, neq; aliter ſoluitur in aquam inter cutem ſiccam firmatur. Lib. 4 Aph. 11.

Quorum alui inteſtinorum leuitate laborant, hyberno tempore ſupra purgari, malum. Lib. 4. Aph. 12.

Ad helleboros qui nõ facile ſupra purgantur, eorum corpora ante potioné pluri cibo, atq; quiete humectanda ſunt. Lib. 4. Aph. 13.

Cum biberit quis helleborum, ad motiones quidem corporum ducere magis, ad ſomnos uero atq; quietem, minus.

Cum uolueris magis ducere hellebo=

rum

rum, moue corpus. Cum uero ſiſtere ſomnum facito, & non moueto. Libro. 4. Aph. 15.

Carnes ſanas habentibus helleborus periculoſus, facit enim conuulſionem. Lib. 4. Aph. 16.

Si quis febrem non habens, abſtinuerit à cibo & cordis morſum ſeu uertiginẽ patitur, & oris amaritudinem ſentit, purgatione indigere, per ſuperiora ſignificat. Lib. 4. Aph. 17.

Qui in medicamentis purgati non ſitiunt, non quieſcant, priuſq̃ ſitiant. Lib. 4. Aph. 19.

Non febricitantibus ſi tormina acciderint, & genuum grauitas, & lumborum dolor purgari inferius ſiguificatur. Lib. 4. Aph. 20.

Supra præcordia dolores purgatione indigere, per ſuperiora ſignificat. Quæcunq; uero inferiora moleſtant, per inferiora. Lib. 4. Aph. 18.

Deiectiones nigræ qualis eſt ſanguis niger, ſponte uenientes, ſi cum febre, ſiue ſine febre fiant, peſſimæ, & quanto colores magis praui fuerint plures, peius. Cũ medicamento uero melius, & quãto co-

lo-

ſores plures, non praui. Lib. 4. Aph. 21.

De deiectionibus nigris & melancholicis, uide plura, titulo de excrementis alui.

A tabe habito, profluuium alui ſuperueniens, letale. Lib. 5. Aph. 14.

Quibuſdam uenæ ſectio uel purgatio tum in medicamento conuenit, hos uere purgare, uel uenam incidere oportet. Lib. 6. Aph. 47.

Corpora oportet, ubi quis purgare uoluerit, fluida facere, et ſi ſupra ſiſtere aluũ, ſi uero infra, humectare.

## DE ALVO DVCENDA ex Raze & Damaſceno.

QVomodo nulla eſt conueniẽtia inter aquam & calorem naturalem, ita non eſt ducenda aluus, niſi medicina quę abſit non procul à temperamento.

Timendum eſt enim ne abhorrens etiam naturæ reijciat, & non miſceatur humoribus.

Oportet ergo ut ad repurgandos humores in ſimilitudinem ſibi conuertatur medicina, per ingenium, ut naturam eã recipiat apte, & receptam per uenas defe

tat. Ita enim fiet, ut cõfortata, inimicum ſuum facilius expellat. Nam ſi in qualitate fortior fuerit, deficit natura, non contrariatur ei.

Ante uero purgationem per aliquot dies humores commouendi ſunt cũ medicina cibali, & ſic cum pręſentis diei abſtinentia ſunt purgandi.

Ad nimiam etiam humiditatem humorum in ſtomacho, ſubtilem puluerẽ damus, ad inteſtina uero mollienda nõnunquam clyſterem inijcimus.

Stomacho humoribus grauato, pilulæ etiam paruæ & recentes, humidæ miniſtrari poſſunt, ſed à ſumptione paululũ inambulare, & ſeſe mouerę conuenit.

Qui 40. annos habẽt, aut plures in medicina eorum non eſt inſiſtẽdum, quod choleram rubeam purget, quia ipſa per ſe natura id facit, & humectatio corporis fundamentum eſt.

Principalia membra, defecta habentes, ne nimis acutas medicinas ſumant, ſed in temperamento conſiſtant.

Duæ ſpecies ſimul mixtæ, neceſſario quælibet reddit ſuum effectum.

Vnde in purgãdo capite, ſi forte ſit forti

ti utendum eſt medicina.

Pueri et ſenes etiam pleni humoribus, non tamen debent ſolui fortiter, temperate itaq; procedendum.

EX CORNELIO
Celſo. Lib. 2. Cap. 11.

DEiectionem antiqui uarijs medicamentis, crebraq; alui ductione in omnibus uere morbis moliebantur, dabantq; aut nigrum ueratrum, aut feliculã, aut ſquammas æris, quam λεπιδοχαλκὸν Græci uocant, aut lactucæ marinæ lac, cuius gutta pani adiecta abunde purgat.

Aut lac uel aſininum uel bubulum, uel caprinum, eiq; ſalis paulum adijciebant, decoquebantq; id, & ſublatis his, quæ coierant, quod quaſi ſerum ſupererat, bibere cogebant.

Sed medicamenta ſtomachum ferè lædũt, ideoq; omnibus catharticis aloe miſcenda eſt.

Aluus ſi uehementius fluit, aut ſæpius ducitur, hominem infirmat.

Ergo nunq; in aduerſa ualetudine medicamentum eius rei cauſſa recte datur, niſi ubi is morbus ſine febre eſt.

Vt cum ueratrum nigrum, aut atra bile

le uexatis, aut cum triſtitia inſanientibus, aut ijs quorum nerui parte aliqua reſoluti ſunt, datur.

At ubi febres ſunt, ſatius eſt eius rei cauſa cibos, potioneſq; aſſumere, qui ſimul & alant, & uentrem molliant.

Suntq; ualetudinis genera, quibus ex lacte purgatio conuenit. Plærumq; uero aluus potionibus ducenda eſt, quod ab Aſclepiade quoq; ſic temperatum, ut tamen ſeruatum ſit, uideo plærumq; ſæculo noſtro præteriri.

Eſt autem ea moderatio, quam is ſequutus uidetur aptiſſima, ut neq; ſæpe ea medicina tentetur, & tamen ſemel ſumptum, uel bis, aut omittatur.

Si caput graue eſt, ſi oculi caligant, ſi morbus maioris inteſtini eſt (quod Græci κόλωμ nominant) ſi in imo uentre, aut in coxa dolores ſunt, ſi in ſtomachũ quędam blioſa concurrunt, uel etiam pituita eos, horumue aliquis ſimilis confert, ſi ſpiritus difficilius redditur, ſi nihil per ſe uenter excernit, utiq; ſi iuxta quodq; ſtercus eſt, et intus remanet, aut ſi ſtercoris odorem nihil deijciens ęger, ex ſpiritu ſuo ſentit, aut ſi corruptum eſt, quod excerni

tur,aut ſi prima inædia febrem non ſuſti lit,aut ſi ſanguinem mitti,cum opus ſit, uires non patiuntur, tempusue eius rei præterijt,aut ſi multum ante morbũ ali= quis potauit,aut ſi is qui ſæpe uel ſponte, uel caſu purgatus eſt,ſubito habet aluum ſuppreſſam.

Seruanda uero illa ſunt. ne ante diem tertium ducatur,ne ulla cruditate ſubſtã= te,ne in corpore infirmo,diuq; in aduer= ſa ualetudine exhauſto,neue in ea,cui ſa= tis aluus reddit quottidie, quiue eam li= quidam habet,ne in ipſo acceſſionis im= petu, quia quod tum infuſum eſt., aluo continetur, regeſtumq; in caput multo grauius periculum efficit.

Pridie uero abſtinere debet æger, ut a= ptus tali curationi ſit. Eodem die ante ali quod horas aquam calidam bibere,ut ſu periores eius partes madeſcant, tum deij cienda aluus eſt,ſi leui medicina conten= ti ſumus,pura aqua, ſi paulo ualentiori, mulſa,ſi leni ex aqua,in qua fœnum græ cum,uel priſana uel malua decocta ſit, ſi reprimendi cauſſa ex uerbenis.

Acris autem eſt marina aqua, uel alia ſale adiecto,atq; utraq; decocta,commo= dior eſt.

Acrior ſi adiectio uel oleo uel nitro uel melle quoq;.

Si acrior eſt, eo plus extrahit, ſed minus facile ſuſtinetur.

Id quod infunditur, neq; frigidum eſſe oportet, neq; calidum, ne alterutro modo lædat.

Cum infuſum eſt, quantum fieri poteſt, continere ſe in lectulo debet æger, ne primæ cupiditati deiectionis protinus cedere.

Vbi neceſſe eſt, tum demum deſidere.

Fereq; eo modo dempta materia, ſuperioribus partibus leuatis, morbum ipſũ mollit.

Cum uero, quotiens rem coegit, deſidendo aliquis ſe exhauſit, pauliſper debet cõquieſcere, & ne uires deficiat, utiq; eo die cibũ aſſumere, qui plenior an exiguus ſit dandus, ex ratione eius acceſſionis, quæ expectabatur, aut in metu non erit, æſtimari oportebit.

Cum medicamentum aliquis ebibit, mox ptiſana ſorbitioni danda eſt, nõ minori pene quantitate, quàm conſueuit, niſi conſuetudo rationi aduerſetur. Hip. Li. 3. de ratione uictus in morbis acutis.

In media purgatione tantum ſorbendum eſt, ſed ubi ad purgationis finē deuētum eſt, ſorbitio detur, minor tamen quā pro conſuetudine.

## DE ALVI PROFLVVIIS.

IN longis leuitatibus inteſtinorum, ſi ructus acidus fiat, qui prius non erat, ſignum bonum. Lib. 6. Aph. 1.

A longo alui profluuio, ſpōtaneus uomitus ſuperueniens, morbum ſoluit. Lib 6. Aph. 15.

A morbo laterali uel pulmonia habito, alui profluuium aduenieus, malum. Lib. 6. Aph. 16.

Vide ſupra, titulo de aluo ducēda pluta ad eandem rem.

Lippientem alui profluuio corripi, bonum. Lib. 6. Aph. 17.

Balbi ab alui profluuio maxime capiuntur. Lib. 6. Aph. 32.

Qui alba pituita detinetur, ſi fortis uētris fluxus ſuperuenerit, à morbo liberatur. Lib 7. Aph. 29.

Quibus in alui profluuijs excrementa ſpumoſa ſunt, his ex capite pituita defluit.

De

## DE HELLEBORO ET eius uſu.

AD helleboros qui non facile ſupra purgantur, eorum corpora ante potionem pluri cibo atq; quiete humectanda ſunt. Lib. 4. Aph. 13.

Cum biberit quis helleborum, ad motiones quidem corporum ducere magis, ad ſomnos uero atq; ad quietem minus. Indicat auté nauigatio turbari motioné corpus. Lib. 4. Aph. 14.

Cum uolueris magis ducere helleborum, moue corpus. Cum uero ſiſtere, ſomnum facito, & non moueto. Libro. 4. Aph. 15.

Carnes ſanas habentibus helleborus periculoſus, facit enim conuulſionem. Lib. 4. Aph. 16.

Veratro & peplio ſi uti libuerit, dauco uel aniſo, uel ſeſeli, uel cumino, uel alio quopiam quod odoris iucundi ſit, corrigere oportebit. Hip. lib. 2. de ratione uictus in morbis acutis.

Veratro purgare oportet eos, quibus à capite deſtillatio fertur. Quibus uero uel abſceſſus, uel uenæ ruptura, uel intemperantia, uel aliqua alia uehemens cũ ſup-

purationefecit,his ueratrum haud quaq̃ dãdum eſt,quippe quod tum nihil præſidij adfert. Lib.4.eodem titulo.

DE DYSENTERIA.

IN profluuijs alui mutationes excremẽtorum iuuant,niſi ad multa mutatio fiat.Hip.Lib.2.Aph.14.

DE ALVI EXCREMENTIS.

IN profluuijs alui mutationes excremẽtorum iuuant,niſi ad mala mutatio fiat..Hip.Lib.2.Aph.14.

Vrinæ & alui excrementa, & ſudores quæcunq́ apparuerint,uel bonam morborum indicationẽ,uel malam, uel breues aut longos fore morbos oſtendunt. Lib.1.Aph.12.

Vbi fauces ægrotant, aut tubercula naſcuntur,in corpore excretiones inſpicere oportet. Nam ſi bilioſæ fuerint, corpus nua ægrotat,ſi uero ſimilis ſanis, tutũ eſt corpus nutrire.Lib.2.Aph.15.

Eorum quæ uniuerſim & uelociter nutriunt,ueloces quoq; ſunt excretiones. Lib.2.Aph.18.

Deiectiones nigræ, qualis eſt ſanguis niger ſponte uenientes,ſiue cum febre,ſi-

ue

ue ſine febre, peſſimæ, & quanto colores magis praui, plures peius, cum medica‑mento uero melius, & quãto colores plures non praui.

Morbis quibuslibet incipientibus, ſi atra bilis, uel ſupra uel infra exierit, letale. Lib. 4. Aph. 22.

Quibuſcunq́; ex morbis acutis aut diuturnis, uel ex uulneribus, ſiue quouis alio modo extenuatis, nigra bilis, ſiue uti ſanguis niger deſuper exierit, poſtridie moriuntur. Lib. 4. Aph. 23.

Difficultas inteſtinorum ſi ab atra bile inceperit, letalis eſt. Lib. 4. Aph. 24.

Sanguis quidẽ ſupra qualiſcũq; fuerit malus, infra autẽ bonus eſt. Li. 4. Aph. 25.

A difficultate inteſtinorũ habito, ſi ueluti carũculę exeũt, letale eſt. Li. 4. Aph. 26.

Quibus in febribus ſanguinis fluxerit multitudo, quacunq́; ex parte cũ reficiuntur alui his humectantur Lib. 4. Aph. 27.

Quibus bilioſæ deiectiones ſuperuenien te ſurditate ceſſant, & quibus ſurditas ſuperuenientibus bilioſis deiectionibus ceſſant. Lib. 4. Aph. 27.

Excretiones in febribus non intermittentibus liuidæ, cruentæ, fœtidæ, omnes

malæ,& biliosæ,& ſi bene exeũt, ſiue per alui excretionem,ſiue per urinas, bonæ, ſi uero non aliquid eorum quæ iuuant, per hæc loca excernitur,malum. Libro 4. Aph. 47.

Deiectiones non multitudine ſunt æſtimandæ,ſed ſi talia deijciantur, qualia conueniunt,& ægri facile tollerant. Atq; uſq; ad animi defectionem expedit ducere,faciendum ſi æger poſſit tollerare.

Quibus deiectiones ſi ſtare permiſeris,& non moueris,uelut ſtrigméta ſubſiſtant,& ſi pauca, paucus eſt morbus. Et ſi multa,multus. Hic confert purgatio alui,ꝙ ſi aluo non purgata dederis ſorbitiones,quanto plures dederis, tanto magis nocebis.

Alui excreméta inter bona inditia ſũt, ſi mollia,ſi figurata ſunt,ſi eodem ferè tẽpore, quo, in ſecunda ualetudine deijci ſolebant,excernuntur,ſi his quæ ingerũtur,proportione reſpondent, utpote quę inferiorem uentrem recte ualere declarant. Præſ. Lib. 2. Aph. 13.

Si uero liquida fuerint,præſtat ut ſine ſtridore,neq; freqũeter, neq; ex breuibus interuallis deijciantur. Etenim fatigatur æger

æger, ſi crebro ſurgit, uigilijſq; conſumitur, cum uero affatim ſæpeq; deijcit, ne animus eius deficiat, periculũ eſt. Aph. 14.

DE ALVI CONSTRIctione.

IN longis difficultatibus inteſtinorum inædiæ ex faſtidio malum, & cum febre peius. Lib. 6. Aph. 3.

Vide ſupra in titulo, Alui profluuium. Et titulo, de aluo ducenda.

A furore difficultas inteſtinorum, uel aqua inter cutem, uel mentis alienatio, bonum. Lib. 7. Aph. 5.

In morbo diuturno, faſtidium cibi, & deiectiones ſynceræ, malum. Lib. 7. Aph ſexto.

A deiectione ſyncera, difficultates inteſtinorum. Lib. 7. Aph. 73.

Ab alui profluuio, difficultas inteſtinorum. Lib. 7. Aph. 72.

A difficultate inteſtinorum, leuitas inteſtinorum ſuperuenit. Lib. 7. Aph. 73.

DE PHLEBOTOMIA.

QVi in iuuentute plurimum ſanguinem per phlebotomiam eijcere ſũt conſueti, eorum natura poſt ſexaginta annos in frigus reſoluitur, & ſuffo-

catur in eis naturalis calor, maxime uero ſi frigidæ fuerint complexiones. Dam.

Habitantes in quarto aut ſexto climate plus minuere ſanguinem expedit, quã in ſeptimo aut primo, ſecundo uel tertio. Dam.

## CORNELIVS CELSVS
### Lib. 2. Cap. 9.

SAnguinem inciſa uena mitti, nouum non eſt, ſed nullum pene morbum eſſe, in quo non mittatur, nouum eſt.

Item mitti iunioribus & fœminis uterum non gerentibus, uetus eſt.

In pueris uero idem experiri, & in ſenioribus & in grauidis quoq; mulieribus, uetus nõ eſt, ſiquidem antiqui, primam ultimamq; ætatem ſuſtinere non poſſe, hoc auxilij genus iudicabant, perſuaſeruntq; ſibi mulierem grauidam, quæ ita curata eſſet, abortum eſſe facturam.

Poſtea uero uſus oſtendit, nihil ex his eſſe perpetuum, aliasq; potius obſeruationes adhibendas eſſe, ad quas dirigi curantis conſilium debeat.

Intereſt enim non quæ ætas ſit, neque quid in corpore intus geratur, ſed quę uires ſint. Ergo ſi iuuenis imbecillis eſt, aut

ſi mulier (quæ grauida non eſt) parum ualet, male ſanguis emittitur. Emoritur enim uis, ſi quæ ſupererat, hoc modo erepta eſt. At firmus puer & robuſtus ſenex & grauida mulier ualens, tuto curantur.

Maxime tamen in his medicus imperitus falli poteſt, quia ferè minus roboris illius ætatibus ſubeſt.

Mulieriq́ꝫ prægnanti poſt curationem quoqꝫ uiribus opus eſt, nō tantum ad ſe, ſed etiam ad partum ſuſtinendum.

Non quidquid aut intentionem animi, aut prudentiam exigit, protinus faciē dum eſt, cum præcipua in hoc ars ſit, quę non annos numeret, neqꝫ conceptionē ſolam uideat, ſed uires æſtimet, & ex eo colligat, poſſit nec ne ſupereſſe, quod uel puerum uel ſenē, uel in una muliere duo corpora ſimul ſuſtineat.

Intereſt enim inter ualēs corpus & obæſum, inter tenue & infirmum.

Tenuiorbus magis ſanguis, plenioribus magis caro abundat.

Facilius itaqꝫ illi detractionem eiuſmodi ſuſtinent, celeriuſq́ꝫ ea ſi nimium eſt, pinguis adfligitur.

Ideoq́ꝫ uis corporis melius ex uenis, quã

ex ipſa ſpecie æſtimatur. Neq; enim ſolũ hæc conſyderanda ſunt, ſed etiam morbi genus, quod ſit. Vtrum ſuperãs an deficiens materia læſerit, corruptũ corpus ſit an integrum.

Nam ſi materia uel deeſt, uel integra eſt, iſtud alienũ eſt. At ſi uel copia ſui male habet, uel corrupta eſt, nullo modo melius ſuccurritur.

Ergo uehemens febris, ubi rubet corpus, plenæq; uenæ tument, ſanguinis detractionem requirit.

Item uiſcerum morbi, neruorumq; reſolutio, & rigor & diſtẽtio, quicquid deniq; fauces difficultate ſpiritus ſtrãgulat, quicquid ſubito ſupprimit uocem, quiſquis intollerabilis dolor eſt, & quacunq; de cauſſa ruptum aliquid intus atq; colliſum eſt.

Itẽ malus corporis habitus, omnesq; acuti morbi, qui modo (ut ſupra dixi) nõ infirmitate, ſed onere nocent.

Fieri tamen poteſt, ut morbus quidem id deſyderet, corpus autem uix pati poſſe uideatur.

Sed ſi nullum tamen appareat aliud auxilium, periturusq; ſit qui laborat, niſi

teme

temeraria quoque uia fuerit, adiutus in hoc ſtatu, boni medici eſt oſtendere, quã nulla ſpes, ſine ſanguinis detractione ſit, faterique quantus in hac ipſa re metus ſit. Et tũ demum ſi exigatur, ſanguinem mitttere. De quo dubitare in eiuſmodi re oportet.

Satius eſt enim anceps auxilium experiri, quàm nullum. Idque maxime fieri debet, ubi nerui reſoluti ſunt, ubi ſubito aliquis obmutuit, ubi angina ſtrangulatur, ubi prioris febris acceſſio pene confecit, paremque ſubſequi uerisimile eſt, neque eandẽ uidentur ſuſtinere ægri uires poſſe. Cum ſit autem minime crudo ſanguis mittendus, tamen ne id quidem perpetuũ eſt.

Neque enim ſemper concoctionem res expectat.

Ergo ſi ex ſuperiore parte aliquis decidit, ſi contuſus eſt, ſi ex aliquo ſubito caſu ſanguinem uomit, quamuis paulo ante ſumpſit cibum, tamen protinus ei demẽda materia eſt, ne ſi ſubſederit corpus affligat. Idemque etiam in alijs caſibus repentinis qui ſtrangulabant, dictum erit.

At ſi morbi ratio patiatur, tum demũ nulla cruditatis ſuſpitione remanente id fiet.

Ideoq́; ei rei uidetur aptiſſimus aduerſæ ualetndini dies ſecundus aut tertius. Sed ut etiam aliquando primo die ſanguinem mittere neceſſe eſt, ſic nunquàm utile poſt diem quartum eſt, cum iã ſpatio ipſo, materia & exhauſta eſt, & corpus corrumpit, ut detractio imbecillum id facere poſſit, non poſſit integrum.

Quòd ſi uehemẽs febris urget, in ipſo impetu eius ſanguinem mittere, hominẽ iugulare eſt.

Expectanda ergo remiſſio eſt, ſi nõ decreſcit, ſed creſcere deſijt, neq; ſperatur remiſſio, tunc quoq; quamuis peior, ſola tamen occaſio non omittenda eſt.

Ferè etiam iſta medicina ubi neceſſaria eſt, in biduum diuidenda eſt.

Satius eſt enim, primo leuare ægrum, deinde perpurgare, quã ſimul omni ui effuſa fortaſſe præcipitare.

Quòd ſi in cura quoq; aquæ, quę inter cutem eſt ita reſpondet, quãto magis neceſſe eſt in ſanguine reſpondeat?

Mitti uero is debet, ſi totius corporis cauſſa fit ex brachio, ſi partis alicuius, ex ea ipſa parte, aut certe quã proxima, quia nõ ubiq; mitti poteſt, ſed in temporibus,

in

in brachijs, iuxta talos.

Neq; ignoro quoſdam dicere, quod longiſſime inde, ubi lædit, eſſe mittendum. Sic enim auerti materiæ curſum, at illo modo in id ipſum quod grauat, euocari. Sed id ipſum falſum eſt, proximũ enim locum primo exhaurit. Ex ulterioribus autem ſanguis eatenus ſequitur, quatenus emittitur, ubi is ſuppreſſus eſt, quia non trahitur, ne uenit quidem. Videtur tamẽ uſus ipſe docuiſſe, ſi caput fractum eſt, ex brachio potius ſanguinem mittendum eſſe.

Si quod in humero uitium eſt, ex altero brachio, credo, quia ſi quid parũ ceſſerit, oportuniores hæ partes iniuriæ ſunt, quæ iam male habent.

Auertitur quoq; interdum ſanguis, ubi alia parte prorumpens, alia emittitur. Deſinit enim fluere qua uolumus, inde obiectis quæ prohibeant, alio dato itinere.

Mittere autem ſanguinem cum ſit expeditiſſimum, uſum habenti, tum ignaro difficillimum eſt. Iuncta enim eſt uena arterijs, his nerui. Ita ſi neruum ſcapellum attigit, ſequitur neruorum diſtẽtio,

ea quæ hominem crudeliter conſumit.

At arteria incisa, neq; coit, neq; ſaneſcit, interdum etiam ut ſanguis uehementer erumpat, efficit. Ipſius quoq; uenæ (ſi forte præciſa eſt) capita, comprimũtur, neq; ſanguinem emittunt.

At ſi timide ſcapellus demittitur, ſummam cutem lacerat, neq; uenam incidit.

Nonnunq; etiam ea latet, neque facile reperitur, Ita multæ res id difficile inſcio faciunt, quod perito facillimum eſt.

Incidẽda ad medium uena eſt, ex qua cum ſanguis erumpit, colorem eius, habitumq; oporter attendere. Nam ſi is craſſus & niger eſt, uitioſus eſt, ideoq; utiliter effunditur.

Si rubet & pellucet, integer eſt. Ea quę miſſio ſanguinis, adeo non prodeſt, ut etiam noceat, protinuſq; is ſupprimẽdus eſt.

Sed id euenire non poteſt ſub eo medio, qui ſcit ex quali corpore ſanguis mittendus ſit. Illud magis fieri ſolet, ut æque niger aſſidue ac primo die profluat. Qđ quamuis ita eſt, tamen ſi iam ſatis fluxit, ſupprimendus eſt. Semperq; ante ſenis faciendus eſt, quã anima deficiat. Deligandum

dumq́ brachium ſuperimpoſito expreſſo, ex aqua frigida panicillo, & poſtero die aduerſo medio digito uena feriẽda, ut recens coitus eius reſoluatur, iterumq́ſanguinem fundat.

Siue autem primo ſiue ſecũdo die ſanguis qui craſſus & niger initio fluxerat, et rubere & pellucere cœpit, ſatis materiæ detractum eſt, atq; quod ſupereſt, ſyncerum eſt. Ideoq́ protinus brachium deligandum, habendumq́ ita eſt, donec ualens cicatricula ſit, quæ celerrime in uena confirmatur.

## DE SANGVINIS DEtractione per cucurbitulas.

CVcurbitularũ uero duo genera ſunt; æneum et corneum. Aenea altera pa tet, altera clauſa eſt. Cornea altera parte æque patens, altera foramen exiguum. In æneam linamentum ardens conijcitur, ac ſic os eius corpori aptatur, imprimiturq́, donec inhæreat.

Cornea per ſe corpori imponitur, deinde ubi ea parte, qua exiguum foramen eſt, ore ſpiritus adductus eſt, ſuperq́ cæra cauum id clauſum eſt, æque inhæreſcit.

Vtraq; non ex his tantum generibus, ſed etiam ex quolibet alio recte fit.

Ac ſi cętera defecerunt, caliculus quoq; pultarius oris compreſſioris ei rei commode aptatur.

Vbi inhæſit, ſi cōciſa ante ſcalpello cutis eſt, ſanguinem extrahit, ſi integra eſt, ſpiritum.

Ergo ubi materia quæ intus eſt, lædit, illo modo, ubi inflatio, hoc imponi ſolet.

Vſus autem cucurbitulę pręcipuus eſt, ubi non in toto corpore, ſed in parte aliqua initium eſt, quā exhauriri ad confirmandam ualetudinem ſatis eſt. Idq; ipſū teſtimonium, etiam ſcalpello ſanguinē, ubi membro ſuccurritur ab ea potiſſimū parte, quæ iam læſa eſt, eſſe mittendum, quod nemo cucurbitulam diuerſæ parti imponit, niſi cum profuſionem ſanguinis eò auertit, ſed ei ipſi quæ dolet, quæq; liberanda eſt.

Opus eſſe cucurbitula poteſt in morbis longis, quamuis & ijs iam ſpatium aliquod acceſſit, ſiue corrupta materia, ſiue ſpiritu male habente.

In acutis quoq; quibuſdam, ſi & leuari

cor=

corpus debet, & ex uena ſanguinē mitti, uires non patiuntur. Idq; auxilium ut minus uehemens, ita magis tutum.

Neq; unq; periculoſum eſt, etiam ſi in medio febris impetu, etiam ſi in cruditate adhibetur.

Ideoq; ubi ſanguinem mitti opus eſt, ſi inciſa uena, præceps periculum eſt, aut ſi in parte corporis etiam uitium eſt, huc potius confugiendum eſt. Cum eo tamen, ut ſciamus, hic ut nullum periculum, ita leuius præſidium eſſe, nec poſſe uehementi malo, niſi æque uehemens auxiliū ſuccurrere.

## DE BALNEIS.

BAlneum, & temperata potio, iuuat cauſſam & contrariū cauſſæ. Dam.

De balneis uide plura titulo de ſudore, & ibi ex Cornelio Celſo plæraq;.

## EX HIPPOCRATE DE ratione uictus in morbis acutis Libro tertio.

BAlnei uſus in plæriſq; infirmitatibus confert, in aliјs minime.

Sed raro homines eo bene utuntur, quod ipſa præparare neſciunt.

Quippe in paucis admodum domibus

bus uel inſtrumenta, uel miniſtri apti in-
ueniuntur, & niſi ſumma cura inter lauā-
dum adhibeatur, haud mediocre proue-
niet à lauacro malum.

In balneis tegmine indiget æger, cui fumus non accedat, item aquæ abundantia, & crebra lotione, ſed quæ non ſit impetuoſa, niſi res ipſa ita exigere uideatur.

De ueterum lauacris & eorum uſu, uide Hippocratem loco citato.

Lauacro committendus non eſt, qui nuper uel ſorbitionem uel potioné ſumpſit.

Sed ne à lauacro quoq; ilico uel ſorbere uel bibere conuenit.

Magnopere tamen laboranti indulgē dum eſt, ſi cum bona adhuc ualetudine eſſet, uel amauit lauacrum, uel elui conſueuit.

Qui maiore lauacri deſyderio tenentur, ij maius inde prẹſidium ferunt, adeo q; læduntur quoq;, niſi lauentur.

Peripneumoniæ magis q̃ ardoribus auxiliatur lauacrum. Namq; lateris, pectoris, & dorſi dolorem mitigat, ſputum maturat, & educit, ſpiritum facilem reddit, fatigationem lenit, articulos & ambo

bo

buentem cutem emollit, urinam ciet, capitis grauitatem ſoluit, nares humectat.

Verum niſi à miniſtris probe inſtructa fuerint omnia, tantum abeſt, ut proſit, ut etiam uehementer noceat.

Qui aluo ſunt citatiore, q̃ fuerit opportunum, aut quibus ſupra modum aluus adſtricta non ducitur, ij lauacro committi non debent.

Balneis quoq; committi non debent, quibus imbecilles ſunt uires, qui faſtidio aut uomitioni adfecti ſunt, qui biliosa ructant, aut quibus ſanguis è naribus profluit, niſi minus q̃ occaſio expedit, effluat.

Si ſingula commode parata ſunt, ſi æger citra noxam lauactrum ſubire poteſt, quotidie lauandus eſt.

Quòd ſi præterea lauacro delectatur, eum ſi bis quoq; laueris, non lædes.

## DE FRICTIONE.

DE frictione uero & geſtatione adeo multa Aſclepiades tanq̃ inuẽtor eius poſuit, quod in eo uolumine, quod Communium auxiliorum ſcripſit, cum trium tantum faceret mentionem, huius & æqui & geſtationis, tamen maximam

partem in hoc conſumpſerit.

Oportet autem neq; recentiores uiros in his fraudare, quæ uel repperetunt, uel recte ſequuti ſunt, & tamen ea, quæ apud antiquiores aliquos poſita ſunt, authoribus ſuis reddere.

Neq; dubitari poteſt quin latius quidẽ & dilucidius, ubi & quomodo frictione utendum eſſet. Aſclepiades præceperit, nihil tamen repererit, quod non à uetuſtiſſimo authore Hippocrate, paucis uerbis comprehenſum ſit, qui dixit: Frictione ſi uehemens ſit, durare corpus, ſi lenis, molliri, ſi multa, minui, ſi modica, impleri. Sequitur ergo, ut tum utendum ſit, cũ aut adſtringendum corpus ſit. quod fluens eſt, aut molliendum quod induruit, aut digerẽdum in eo quod copia nocet, aut alendum id quod tenue & infirmũ eſt. Quas tamen ſpecies ſi quis curioſius æſtimet, quod iam ad medicum nõ pertinet, facile intelliget, omnes ex una cauſſa pendere, quæ demit. Nam & aſtringitur aliquid eo dempto, quod interpoſitũ ut id laxaretur, effecerat, & mollitur eo detracto, quod duritiem creabat, & impletur non ipſa frictione, ſed eo cibo, qui po-

poſtea uſq; ad cutem, digeſtione quadã, relaxatam penetrat.

Diuerſarum uero rerum in modo cauſſa eſt. Inter unctionem autem & frictionẽ multũ intereſt. Vngi enim, leniterq́; pertractari corpus, etiam in acutis & recentibus morbis oportet, in remiſſione tamẽ, & ante cibum.

Longa uero frictione uti, neq; in acutis morbis, neq; in creſcentibus cõuenit, pręterq̃ cum phræneticis ſomnus quæritur. Amat autem hoc auxilium ualetudo longa, & tam à primo impetu inclinata.

Neq; ignoro quoſdam dicere, omne auxilium neceſſarium eſſe increſcentibus morbis, non cum iam per ſe finiuntur. Quod non ita ſe habet. Poteſt enim morbus etiam qui per ſe finem habiturus eſt, citius tamen adhibito auxilio tolli, quod duabus de cauſſis neceſſarium eſt, ut & quã primum bona ualetudo contingat, & ne morbus (qui remanet) iterum (quãuis leui de cauſſa) exaſperet. Poteſt enim morbus minus grauis eſſe, quã fuerit, neque ideo tamen ſolui, ſed reliquijs quibuſdam inhærere, quas ad motum aliquod auxilium diſcutit.

Sed ut leuata quoq; aduerſa ualetũdine recte frictio adhibetur, ſi nunq; adhibenda eſt febre increſcente. Verum ſi fieri poterit, cũ ex toto corpus ea uacabit, minus certe cum ea remiſerit.

Eodem modo in tutis corporibus eſſe debet, ut cum infirmus aliquis implẽdus modo eſt in partibus, aut quia ipſa eius membri imbecillitas id requirit, aut quia alterius.

Nam & capitis longos dolores, ipſius frictio leuat, non in impetu tamen doloris & membrum aliquod reſolutum, ipſius frictione confirmatur.

Longe tamen ſæpius aliud perfricandum eſt, cum aliud dolet, maximeq; cũ à ſummis, aut à medijs partibus corporis euocare materiam uolumus, ideoq; extremas partes perfricamus.

Neq; audiendi ſunt, qui numero finiunt, quoties aliquis perfricandus ſit. Id enim ex uiribus hominis colligẽdum eſt.

Et ſi is perinfirmus eſt, poteſt ſatis eſſe quinquagies, ſi robuſtior, poteſt dũcenties eſſe faciendum. Inter utrumq; deinde pro ut uires ſunt. Quo fit ut etiam minus ſæpe in muliere, q̃ in uiro, minus ſæpe in pu-

puero uel ſene, quàm in iuuene manus dimouendæ ſint.

Deniq; ſi certa membra perfricantur, multa, ualentiq; frictione opus eſt. Nam neq; totum corpus infirmari cito per partem poteſt, & opus eſt q; plurimum materiæ digeri, ſiue id ipſum membrum, ſiue per id aliud leuamus.

At ubi totius corporis imbecillitas hãc curationem, per totum id exigit, breuior eſſe debet, & lenior, ut tantũmodo ſummam cutem emolliat, quo facilius capax ex recenti cibo nouæ materiæ fiat.

In malis autem ægrum eſſe teſtatur, ubi exterior pars corporis friget, interior cum ſiti calet, ut ſupra poſui.

Sed tunc quoq; unicũ in frictione præſidium eſt, quæ ſi calorem in cutem euocauit, poteſt alicui medicinæ locum facere.

## ORIBASIVS EX GAleno.

FRictio maxime neceſſaria eſt his qui paralyſim incurrunt, & quibus membra ſtupida ſunt. Ex forti confricatione ſoluitur corpus, de modica uero conſtringitur.

Quæ obſtructa ſunt corpora, leuius ſűt confricanda.

Modica fricatio nutrit corpus, fortis deſiccat, & extenuat.

Quibus nec nutrire, neq; extenuare o-pus eſt, leui fricatione utentur.

Frictio apud Romanos olim ſic fie-bat, cum ſindone corpus conficiebatur. Inde nudis manibus cum oleo fricaba-tur, donec concaleſceret & molle fieret corpus, appareretq; ſubrubicundum et in tumorem adduceretur.

DE GESTATIONE.

*Cel. lib. 4. cap. 14.* GEſtatio longis etiã & inclinatis mor-bis aptiſſima eſt, utiliſq; eſt & ijs cor-poribus, quę iam ex toto febre carent, ſed adhuc exerceri per ſe non poſſunt, & his quibus lentæ morborum reliquiæ rema-nent, neq; aliter eliduntur.

Aſclepiades etiam in recenti, uehemẽ-tiq; febre, præcipueq; ardente, ad diſcutiẽ-dam eam, geſtatione dixit utẽdum eſſe. Sed id periculoſe fit, meliusq; quiete eius impetus ſuſtinetur.

Si quis tamen experiri uolet, ſic experi-atur: Si lingua non erit aſpera, ſi nullus tu-mor, nulla durities, nullus dolor uiſceri-

bus

bus, aut capiti, aut præcordijs ſuberit.

Et ex toto nunq̃ geſtari corpus dolēs, ſiue id in toto, ſiue in parte eſt, niſi tamen ſolis neruis dolētibus, neq; unq̃ in recēti febre, ſed in remiſſione eius.

Genera autem geſtationis plura ſunt adhibenda, quæ ſunt & pro uiribus cuiuſq;, & pro opibus, ne aut imbecillũ hominē nimis digerant, aut humili obſint.

Geſtationum leuiſſima eſt naui, uel in portu, uel in flumine, uehementior in alto mari, naui, uel lectica aut ſcamno, acrior uehiculo. Atq; hæc ipſa, & intendi & leniri poſſunt, ſi nihil horum eſt, ſuſpendi lectus debet & moueri, ſiue id quidē, at certe uni pedi lecti funiculus ſubijciendus eſt, atq; ita lectus huc atq; illuc manu impellendus. Et leuia quidem genera exercitationis, infirmiſſimis conueniunt.

Violentiora uero his, qui grauiũ morborum initia ſic ſentiunt, ut adhuc febre uacent. Quod & in tabi & in ſtomachi uitijs, & cum aqua cutem ſubijt, & interdum in morbo regio fit.

Aut ubi quidam morbi, qualis comitialis, qualis inſania eſt, ſine febre, quãuis diu manēt. In quibus affectibus ea quoq;

genera exercitationũ neceſſaria ſunt, quæ comprehẽdimus eo loco, quo quemadmodum ſani, neq; firmi homines, ſe gererent, præcepimus.

Omnia uectationum uel exercitationum genera, calorem corporis præſtant. Fortis exercitatio eſt, quæ non eſt citata, ſed cum fatigationem fortiſſimam præparat, per quam muſculi & nerui reſtaurantur.

Citata exercitatio eſt, quæ fit abſq; uiolentia, qualis eſt, curſus, complexio, rotatio, uel cum parua ferula luſus.

Compoſita exercitatio, quæ fit ex forti & citata.

Menſura uectationum res eſt, cum ſudores mouentur, & rubor in corpore apparet.

Ventre replere uectatio moleſta eſt, qa omnis eſca, dum cruda fuerit, ſi commoueatur, exinde epar & ſplen frequenter ægrotare conſueuerunt.

## DE EXERCITIO.

QVi corpus exercent, per hyemẽ currere & colluctari debent. Aeſtate luctãdum modice, currendũ nõ eſt.

In frigore multa ambulatio conuenit.

Qui

Qui curſu fatigantur, luctari debent, qui ex luctu fatigationem ſentiunt, his currẽdum eſt.

Qui rariores cute ſunt, & hirſuti magis, carnis æſum ex facili admittunt, labores magis ſuſtinent, diuq́ bono corporis ſtatu fruuntur.

Qui ſiti premuntur, partius ædent, minusq́ laborabunt, uinum dilutum ſimul & perfrigidum bibent.

Quos dolores uiſcerum infeſtant, uel ex labore, uel alia quadã ambulatione ſine cibis recreandi ſunt. Modica potio cõuenit, pręſertim ea quę urinam cieat, quæ uenæ ex uiſceribus prodeuntes, repleti non diſtendantur, nam huic inflationes, febresq́ oriuntur.

Per hyemem celeriter ambulandum, æſtate conquieſcendum eſt, aut non in ſole ambulandum.

Bleſis cita ambulatio, gracilibus lenta conuenit,

Fortiſſimæ exercitationis finis eſt frequens reſpiratio & ſpiſſa, ita ut uix reſpitare poſſis currendo. Grabaſius ex Gal.

Forti exercitationi opus habẽt, qui otio uacant, & humecta uidentur habere corpora.

De

## DE CAPITE.

LAc dare caput dolentibus, malũ, malum uero & febricitantibus. Hip. Lib. 5. Aph. 64.

Dolenti partem capitis poſteriorem, in fronte recta uena inciſa, prodeſt. Lib. 5. Aph. 68.

Caput dolenti, & circumdolenti pus uel aqua, uel ſanguis effluens, per nares, aut os, aut aures, morbum ſoluit. Lib. 6. Aph. 22.

Quicunq; ſani, dolore capitis repente capiuntur, & ſtatim muti fiunt, & ſtertũt, in ſeptem diebus pereunt, niſi febris apprehenderit. Hip. Lib. 6. Aph. 51.

## DE CEREBRO.

QVibuſcunq; præciditur cerebrum, his neceſſe febrem, & bilis uomitũ ſuperuenire. Lib. 6. Aph. 50.

Quibus cerebrum ſphacelatum, id eſt, corruptum eſt, in tribus diebus pereunt, ſi uero hos euaſerint, ſani fiunt.

Quibus cerebrum aliqua ex cauſſa cõcuſſum fuerit, neceſſe eſt ſtatim mutos fieri. Lib. 7. Aph. 59.

## DE STERNVTATIONIBUS.

A ſingultu habitum ſternutatio ſuper ueniens, liberat. Lib. 6. Aph. 13.

Sternutamentum fit ex capite, calefacto cerebro, aut humectato, eò ꝙ in capite inani, aer enim intus contentus, extra erumpit. Sonat autem, quoniam per anguſtum ipſi eſt exitus. Lib. 7. Aph. 52.

## DE MANIA ET PHRENITIDE.

DEſipientiæ, quæcunq; riſu fiunt, ſecuriores quæ uero cum ſtudio periculoſiores. Lib. 6. Aph. 53.

A furore difficultas inteſtinorum, uel aqua inter cutem, uel mētis alienatio, bonum. Lib. 6. Aph. 5.

Conſule titulum de melancholia.

A profluuio ſanguinis deſipientia, ac conuulſio malum. Lib. 7. Aph. 9.

A pulmonis inflammatione phrenitis, malum Hip. Lib. 7. Aph. 12.

In capitis ictu obſtupeſcentia, & deſipientia, malum. Lib. 7. Aph. 14.

In uigilia conuulſio uel deſipientia. Lib. 7. Aph. 18.

In oſſis præciſione deſipientia, ſi in uacuum apprehenderit. Lib. 7. Aph. 24.

Ex multa potatione, rigor, & deſipientia, malum. Lib. 7. Aph. 7.

## DE FACIE.

IN acutis morbis ſic conſyderare oportet, in primis quidem ægri faciem, an ſanorum faciebus, maxime uero ipſius, ſimilis ſit. Ea enim optime cenſenda eſt. Qui uero maximo diſcrimine ab hac ſimilitudine recedit, grauiſſimum periculũ portẽdit, cuius eæ ſunt notę: Nares acutæ, oculi concaui, collapſa tempora, frigidæ contractæq; aures, & imis partibus ſeniter uerſæ, cutis circa frontem dura, intẽta & arida, totius faciei color, aut niger, aut pallidus, aut liuens, aut plumbeus.

Quòd ſi inter morbi initia huiuſmodi facies appareat, neq; ex alijs indicijs coniectura ſumi poſſit, inquirendum eſt, an uigilia, an uentris uehemens reſolutio, aut inædia præceſſerit. Quorum ſi quidpiam deprehenderis, nihil periculi timẽdũ eſt. Atqui ſi ab huiuſmodi cauſſis hæc faciei ſpecies atra eſt, una die, nocteq; finitur, ſi uero æger eas præceſſiſſe negauerit, diutiusq; iam dicto tempore hæc forma durauerit, ſcire licet eum morti proximum eſſe. Aph. 11. Præſ. lib. 1.

Quod ſi in ueteri morbo iam triduo, quatriduóue talis eſt, inquirenda ſunt ea

ſigna

ſigna quæ ſupra propoſui. Ad hęc reliqua quoq; iudicia, non ſolum ex facie, uerum etiam ex reliquis corporis partibus perpendenda ſunt, præcipue ex oculis.

## DE OCVLIS.

DOlores oculorum meri potio, aut balneum, aut uenæ ſectio, aut medicamentum epotum ſoluit. Lib. 6. Aph. 31.

Dolores oculorum poſt meri potionē & aquæ calidæ balneum, uenæ ſectione curato. Lib. 7. Aph. 47.

Si lumen refugiunt ægri, & illachrymant, idq́; pręter uoluntatem, aut peruertuntur, alterq́; ex illis minor eſt, & quæ in ipſis alba eſſe debent, rubeſcunt, aut genę pallent, atq; in iiſdem uenę nigritant, aut lippitudo innatans tandem angulis inhæret, aut frequens eſt oculorum motus, iiq́; aut uehementer ſubſederunt, aut facti tumidiores ſunt, fueritq́; aſpectus horridus, obſcuruſq́;, atq; uniuerſæ faciei color mutatus, hæc omnia ſigna mala, pernitioſaq́; putanda ſunt.

Quin etiam oculorum per ſomnium ſuſpectiones obſeruandæ ſunt, ubi enim palpebræ non committuntur, ſed inter hos ex albo oculorum aliquid apparet,

neq; id fluens aluus, neq; medicamenti potio, præceſſit, præſertim ſi quis non ſic dormire conſueuit, prauum hoc ſignum letaleq; eſt. Præſ. lib. 1. Aph. 4.

Si palpebra aut labrum, aut naſus re- torquetur, aut pallet, aut liuore inficitur, accedente quopiam reliquorum ſigno- rum, ęgrum morti proximum eſſe, haud dubitandum eſt. Præſ. Lib. 1. Aph. 15.

Mortem etiam portendunt labra reſo luta, ſuſpenſa frigida, candicantia.

## DE AVRIBVS ET AV ditu.

QVibus in febribus aures obſurdue- runt, ſanguis ex naribus fluens, aut aluus turbata, ſoluit morbum. Li. 4. Aph. 60.

## DE FAVCIBVS.

VBi fauces ægrotant, aut tubercula na ſcuntur, in corpore, excretiones in- ſpicere oportet. Nã ſi bilioſæ fuerint, cor- pus uua ęgrotat, ſi uero ſimiles, tutum eſt corpus nutrire. Hip. Lib. 2. Aph. 15.

Si febre habito tumore non exiſtente in faucibus, ſtrangulatio repente ſuperue nerit, letale Lib. 4. Aph 34.

## DE GVTTVRE ET ANgina.

SI in febre habito, collum peruertitur, & uix poteſt deuorare, ſine ullo tumore, letale. Lib. 4. Aph. 35.

Quicunq; ab angina liberantur, his ad pulmonem uertitur, & in ſeptem diebus pereunt, ſi uero hos effugerint, ſuppurantur.. Lib. 5. Aph. 10.

Ab angina habito, ſi tumor fiat in collo, bonum. Libro 6. Aph. 37.

Ab angina habito, tumor & rubor in pectore ſuperueniens, bonum, extra enim uertitur morbus, Lib. 7. Aph. 50.

## DE LINGVA.

SI lingua repente incontinens fiat, aut aliqua pars corporis ſtupore exanguit tale eſt melancholicum. Lib. 7. Aph. 40.

## DE DENTIBVS.

OMnia oſſa humani corporis confirmantur, curantur, & ad locum ſuũ reuocantur, exceptis dentibus, qui extracti nunq̃ reſtituuntur. Sor.

Omnia oſſa medullam habent, dentibus exceptis. Sor.

Qui dentes noſtros uiciat humor, nequiſſimus eſt.

## DE APOPLEXIA.

SOluere morbum, quem apoplexiam uocant, fortem, impaſſibilem, debilē uero non facile. Hip. Lib. 2. Aph. 42.

Apoplexiæ autem fiunt maxime à 40. anno uſq; ad 60.

## DE MORBO COMITIALI.

QVicunq; iuuenes morbo comitiali laborant, mutatione maxime ęſtatis, & temporum & locorum, & uictuum liberabũtur. Hip. Lib. 2. Aph. 45.

Quibuſcunq; morbi comitiales fiunt, ante pubertatem, mutationem accipiũt. Quibuſcunq; autem 25. commoriuntur. Lib. 5. Aph. 7.

## DE PLEVRITIDE ET morbis pectoralibus.

IN morbo laterali, ſi circa initia ſtatim ſputum appareat, morbum breuiat, ſi uero poſtea appareat, producit. Hip. Lib. 1. Aph. 12.

Quicunq; morbo laterali laborantes, in quatuordecim diebus non repurgantur, ij ad ſuppurationem uertuntur. Li. 5. Aph. 8.

Quicunq; ex morbo laterali ſuppurantur,

tur, ſi in quadraginta diebus purgantur, à die qua fit ruptio, liberantur, ſi uero nõ ad tabem tranſeunt. Lib. 5. Aph. 15.

Dolores qui ſunt in lateribus & pectoribus, atq; alijs partibus, ſi multum differant, perdiſcendum. Lib. 6. Aph. 5.

Qui acidum ructant, non ualde morbo laterali corripiuntur. Lib. 6. Aph. 35.

A morbo laterali inflammatio pulmonis, malum. Lib 7. Aph. 11.

Quicunq; ſpinnoſum ſanguinem exſpuunt, his è pulmone eductio fit. Hip. Lib. 5. Aph. 13.

*De pectoris & pulmonis uitijs, ſiue peripneumonia.*

Vide plura, titulo de tabe.

A pulmonis inflammatione phrenitis, malum. Lib. 7. Aph. 12.

In peripneumonia & pleuritide, quã acuta ſit febris conſyderandum eſt. Li. 4. de morbis acutis.

Item, ambo ne latera, an unum duntaxat dolor infeſtet, an ægre ſpiritus reddatur, an tuſſis crutiet, an ſputum educatur, ſitq; uel ruffum uel liuidum, uel tenue, uel ſpumoſum, aut floridũ, aut alias differentias habeat.

Si dolor ad ſuperiores partes extenditur, ut iugulum, mammillam, brachiũ,

ternam brachij uenam ſecare oporteat, in loco ubi fuerit dolor.

Si uero ſub pectore pleureticum dolor uehementer excruciat, uenter purgãdus eſt, atq; inter purgandum nihil, à purgatione uero acetum, mulſum dare conuenit.

Porro quarto die purgandus eſt, ſed tribus ab initio diebus clyſteres exhibere, quibus ſi dolor leuatus non eſt, tũ demum purgare oportet.

Cæterũ nihil prohibet ad alios quoq; laterum dolores tepida fomenta & ceromata adhibere, atq; crura & lumbos, calido unguento ungeri, & pinguedinem illinire, præcordijs uero ad mammillas uſq; ex lini ſemine cataplaſma imponere.

Cum ad uigorem iam peruenit peripneumonia, niſi expurgetur, in nullo auxilium alio ſperandum eſt.

In peripneumonia, ſi difficulter ſpirat æger, fuerintq; urinæ tenues, & acres, atq; ſudores in capite, ceruiceq; oriuntur, malum.

Contra ſputa matura, urinæ craſſę, bonum.

De

## DE PRAECORDIIS.

INter optima indicia ſũt pręcordia, ubi ſine ullo ſenſu doloris in utraq; parte, æqualiter mollia ſunt. Inflãmata uero, dolentia & intenta, uel ubi aliter in ſiniſtra parte afficiuntur, ſuſpecta haberi debent. Præſ. Lib. 1. Aph. 30.

Præcordiorũ uenæ ſi pulſent, aut turbationem aut delirium portendunt. Sed eorum qui ſic affecti ſunt, oculos aſpicere oportet, quippe frequens eorum motus inſaniam comminatur. Aph. 31. 32.

Præcordia tumida, dura, dolentia, ſi in uniuerſum ſic affecta ſunt, maximum malum portendunt, ſi uero altera parte duntaxat, ex ſiniſtra minus periculũ eſt. Aph. 33.

Cæterum huiuſmodi tumores in principio quidem proximam mortem denunctiant. Vbi uero uiginti dies exceſſerunt, neq; febre quieſcente, neq; tumore remiſſo, ad ſuppurationem conuertantur. Atq; inter primos arcuitus, ſanguis è naribus fluens, non mediocri ipſis præſidio eſt. Sed tamen ſanguinis eruptio expectari debet, cum interrogati, aut caput dolere, aut oculos caligare fatentur, id

uero iunioribus uidelicet circa quintum & trigeſimum annum plærumq; euenire ſolet. Aph. 34. 35. 36.

Mollis tumor dolorem non inferens, & digitis cedens, longiori tempore finitur, ſed non ita graue periculum, ab eo pẽdet. Quod ſi intra ſexaginta dies, neq; febris deſinit, neq; tumor reſedit, ſuppurationem expectare oportet. Idem haud ſecus in reliquis quoq; uẽtris partibus perpenditur. Aph 38. 39.

Itaq; durus, magnuſq; tumor dolore crucians, mortis periculum non multo poſt fore denunctiat. Mollis uero & ſine dolore, quiq; prementi digito cedit, longus eſſe ſolet. Aph. 40.

Ventris tumores non tam crebro ut ij qui in præcordijs oriuntur, abſceſſum efficiunt. Quod ſi umbilico efficiantur, nequaq; ad ſuppurationem conuertentur. Sed ex ſuperioribus maxime ſedibus ſanguinis fluorem expectare oportet, in quibus omnis tumor diuturnus ad ſuppurationem ferè ſpectat. Aph. 41. 42. 43.

Itaq; ſuppurationum obſeruatio ſic accipienda eſt. Eorum enim quæ in exteriorem partem erumpũt, optimæ ſunt paruæ

uæ, admodum eminentes, atq; in acutũ faſtidium. Peſſimæ uero ſunt, quæ maxime, quæq; planiſſimæ ſunt. Aph. 44.

Sed illarum quæ intus excitantur, optimæ cenſentur, quæ exteriorem cutem non decolorant, & contrahuntur, nulloq́; dolore cruciant, atq; ubi exterioris cutis color manet uniformis Aph. 45.

Pus illud optimum eſt, quod album & leue eſt, & haudquaq; fœtet. Quod uero ab hoc uariat, peſſimum eſt. Aph. 46.

## DE VENTRE.

IN forti dolore uentris, partium extremarum frigiditas, malum.

Quibus inter uentriculum & ſeptũ pituita repoſita eſt, & dolorem affert, non habens exitum, neq; ad alterum uentré, his per uenas ad ueſicam pituita uerſa, ſoluitur morbus. Lib. 7. Aph. 55.

Deſtillationes in uentrem ſuperiorem ſuppurantur intra 20. dies Lib. 7. Aph. 38.

## DE EPATE.

IN epatis inflammatione ſingultus, malum Lib. 7. Aph. 17.

Quicunq; epar circundolent, his febris ſuperueniens, ſoluit dolorẽ. Lib. 7. Aph. 53.

Quorum epar ſuppuratum aduritur, ſi pus purum fluxerit & album, euadunt. In tunica enim his pus continetur, ſi uero qualis amurca fluat, pereunt. Lib. 7. Aph. 46.

Quibus epar aqua plenum in uomentum eruperit, his uenter aqua repletur, & moriuntur. Lib. 7. Aph. 56.

## DE HYDROPE.

AQua inter cutem laborantibus, ulcera in corpore facta, difficulter ſanantur. Hip. Lib. 6. Aph. 8.

A diuturnis ſanato hemorrhoidibus, ſi una non ſeruatur, periculum eſt aquam inter cutem, uel tabem aduenire. Lib. 6. Aph. 12.

Ab aqua inter cutem habito, ſi aqua à uenis in uétrem defluxerit, ſoluitur morbus. Lib. 6. Aph. 14.

Quicunq; ſuppurati, aut aquam inter cutem patientes, uruntur, aut ſecantur, ſi pus aut aqua uniuerſim effluxit, omnes moriuntur. Lib. 6. Aph. 27.

Aqua inter cutem laborantibus, tuſſis ſuperueniens, malum. Eo. Aph. 35.

Aqua inter cutem laborans, ſi à tuſſi habeatur, deſperatum eſt. Lib. 7. Aph. 48.

A pituita alba aqua inter cutem ſuper=uenit·Lib.7·Aph.72.

Aqua inter cutem, ſi ex acuto morbo cœpit, periculoſa eſt, neq; enim febré ſoluit, ſed doloribus torquet atq; interficit, Oritur uero magna ex parte, uel ab ilibus uel lumbis, uel à iecinore. Præſ. Libro. 2. Aph. 1.

Sed ubi ab ilibus, lumbisq́; ortum contraxit, pedes tumidos reddit, fluorem diuturnum inducit, qui neq; lumborum, iliúmue dolorem ſoluit, neq; uentrem efficit molliorem. Aph. 2.

At quibus à iecinore, aqua inter cutem proficiſcitur, ij tuſſi uexantur, ſed quia pene nihil excreatur, pedes tument. Aph·3.

Deiectio dura, coactaq́; eſt, circa uentrẽ tumores, modo in dextra, modo in ſiniſtra parte attolluntur, deinde deſinunt.

Mali etiam morbi ſignum eſt, caput & pedes, manuſq́; frigidas habere, uentre et lateribus calentibus·Securitatem pollicetur corpus, quod æqualiter molle, & calidum eſt, quodq́; facile conuertitur & ſurgit·Aph. 4. 5·6:

Grauitas uero, quæ uel manus uel pedes, uel reliquum quoq; corpus premit,

periculum ſignificat. Quòd ſi cum graui-
tate, ungues quoq; ac digiti, tum pedes,
manusq́ liuentes, periculum portendit,
ſed tunc ad reliqua ſigna refugere opor-
tet, etenim ſi facile æger malum ſuſtinet,
adſuntq́ alia quædam iudicia, quæ ſecu-
ritatem polliceri ſolent, ſuppurationem
ſperabis, atq; ſuperſtes manebit æger, ſed
denigratæ corporis partes decidēt. Aph.
7.8.9.

Teſticuli, pudendaq́ retracta uehemē-
tes dolores, atq; letale periculum ſignifi-
cant. Aph. 10.

## DE TABE.

TAbes fiunt maxime ætatibus, à deci-
moočtauo anno, uſq; ad trigeſimū
quintum. Hip. Lib. 5. Aph. 9.

Quicunq́ ab angina liberantur, his ad
pulmonem uertitur, & in ſeptem diebus
pereunt, ſi uero hos effugerint, ſuppuran
tur. Lib. 5. Aph. 10.

Qui in tabe moleſtātur, ſi ſputū quod
extuſſerint graue olet, iniectum carboni-
bus, & capilli à capite defluunt, letale. Li.
5. Aph. 11.

Quibuſcunq; tabe laborantibus, capil
li à capite defluunt, his alui profluuio ſu-
per-

peruenìente, moriuntur. Lib.5. Aph.13.

Quicunq; ſpumoſum ſanguinem ex=puunt, his è pulmone eductio fit. Libro 5. Aph.13.

A tabe habito, profluuium alui ſuper=ueniens, letale.

Quicunq; ex morbo laterali ſuppuran tur, ſi in quadraginta diebus purgantur, à die qua fit ruptio liberantur. Si uero nõ, ad tabem tranſeunt.

DE MORBO REGIO.

QVibus in febribus morbus regius, ſeptimo, uel nono, uel undecimo, uel decimoquarto ſuperuenerit, bonum. Niſi dextrum ilium obduruerit, ſi uero non bonum. Hip. Lib.4. Aph.64.

Qui regio morbo laborant, non mul=tum uentoſi ſunt. Lib.5. Aph.72.

Morbo regio laborantibus, ſi fiat epar durum, malum. Lib.6. Aph 42.

Si ante ſeptimum diem febricitanti ſu perueniat morbus regius, ſimul cũ hor=rore, ſoluitur febris, ſi uero ſine horrore, atq; extra occaſiones, ſiue extra tempora acciderit, pernitiem denunctiat. Hip. Li. 4. de regimine acutorum.

DE SINGVLTV.

A Vomitu ſingultus, & oculorum ru- bor, malum. Lib. 7. Aph. 3.

Ab ileo, uomitus, ſingultus, deſipien- tia, conuulſio, malum. Lib. 7. Aph. 10.

In epatis inflammatione ſingultus, malum. Lib. 7. Aph. 17.

Si ſenioribus ſupra modum purgatis, ſingultus ſuperuenerit malum.

DE PVRE ET SPVTO.

A Puris ſputo pthiſis & fluxus, cum ue ro ſputum retinetur, moriuntur. Li. 7. Aph. 16.

De ſputo uide plura, titulo de ſangui- ne, titulo de tabe, titulo de morbo latera- li, titulo de uitijs pulmonis.

A ſanguinis ſputo, puris ſputum. Li. 7. 7. Aph. 15.

Excreationes in febribus non intermit tentibus liuidæ, ſanguineæ, bilioſę, & fœ tidę, omnes malæ. Cum uero bene excer nũtur, bonum eſt, & per uentrem, & per ueſicam, & ubi aliquid ſecedens ſteterit, non purgatum, malum.

Pus illud optimum eſt, quod album & leue eſt, & haudquaq; fœtet, quod ue- ro ab hoc uariat, peſſimum eſt. Præſ. Lib. 3. Aph. 46.

Vide

Vide plura, titulo abſceſſus, & titulo de ſuppuratione.

In pulmonis, coſtarumq́ꝫ doloribus, oportet ut ſputum celeriter, facileq́ꝫ ſcreetur, & cruor ſputo uehementer miſceatur. Etenim ſi multo poſt, doloris uitiũ, aut cruentum, aut ruffum, aut non ſine multa tuſſi aut adeo commixtum expuitur, uitioſum cenſeatur. Præſ. Lib. 2. Aph. 43. 44. 45.

Quippe cruentum ſi ſyncerum quoq; fuerit, periculum ſubeſſe teſtatur, album uero, uiſcidum & rotundum inutile eſt. Aph. 46. Eodem.

Mali etiam morbi teſtimonium eſt, quod admodum uiride, quodq́ꝫ ſpumoſum eſt. Aph. 47. Eodem.

Id uero omnium aliorum deterius eſt, quod ſic eſt ſyncerum, ut nigrum quoq; uideatur. Nam tutum eſt ſputum, quod non expurgatur, nec proijcit ipſum pulmo, ſed ob nimiam plenitudinem feruet in pectore. Aph. 48.

In omnibus morbis pulmonis deſtillatio, ſternutamẽtumq́ꝫ, ſiue prefuerunt, ſiue ſuperuenerunt, periculum oſtendũt, quanq; in cæteris morbis, uel periculoſiſ ſimis

ſimis utilitate non carent. Aph. 49.

Sputum cruentum, cui paulum ſanguinis admixtum eſt, in morbi principio, inflammato pulmone proiectum, ſecuritatem atq; auxilium pollicetur. Quod uero ad ſeptimum uſq; diem, longioriue ſpatio tale apparet, non adeo tutum eſt. Eodem Aph. 50.

Omne ſputum quod dolorem nõ mitigat, malum eſt. Nigrum, ut ſupra demõſtrauimus, peſſimum eſt, ſed longe ſaluberrimum eſt, id quod dolorem placat. Aph. 51.

DE OSSIBVS

IN oſſe ægrotante caro liuida, malũ eſt. Lib. 7. Aph. 2.

Li. 7. Aph. 19. In oſſis exutione ereſypelas. In oſſis præciſione deſipientia, ſi in uacuum apprehenderit. Lib. 7. Aph. 24.

Quando os aut carthilago aut neruus abſcinduntur, in corpore non augetur. Lib. 7. Aph. 28.

A corruptione abſceſſus oſſis. Libro 7. Aph. 74.

DE INTESTINIS.

SI quid inteſtinorum gracilium diſcindatur, non coaleſcit. Lib, 6, Aph. 24.

Vide

Vide titulum de uulneribus.

## DE LYENE.

LYenoſis difficultas inteſtinorum ſuperueniens, bonum. Lib. 6. Aph. 48.

Quicunq; lyenoſi à difficultate inteſtinorum capiuntur, his ſuperueniente longa difficultate inteſtinorum, aqua intercutem, aut leuitas inteſtinorum aduenit, & moriuntur. Lib. 6. Aph. 43.

## DE RENIBVS ET VESICA.

REnum & ueſicæ uitia in ſenioribus difficulter ſanantur. Lib. 6. Aph. 6.

Veſica diſciſſa, letale eſt. Lib. 6. Aph. 8.

Vrinæ ſtillicidium, & mingendi difficultatem uini potio, & uenæ ſectio ſoluit. Incidere autem interiores. Libro 7. Aph. 49.

Quæ per ueſicam excernuntur, inſpicere oportet, ſi talia, qualia ſanis excernũtur. Quæ igitur minime ſimilia ſunt his, hæc morboſiora, quæ uero ſunt ſanis ſimilia, hæc minime morboſa. Libro ſeptimo Aph. 64.

Qualia fuerint ueſicæ, aut alui excrementa, & ex carnibus, & ſicubi alibi à natura corpus exierit, ſi parum, paucus eſt mor-

morbus,ſi multum,multus,ſi ualde mul tum,letale Lib7·Aph.76·

Veſica dura,dolens,graue periculum, letaleq́; cõminatur,idq́;ſi cõtinuo quoq; febris acceſſerit Nam ueſicæ dolores ualidam necandi uim obtinent,quo tempore aluus etiam nihil reddit,niſi dura, quædam,ac ne ea quidem niſi cogatur· Præſ.Lib.2.Aph.71.

At uero urina purulenta procedens,in qua reſidet album,metũ detrahit· Aph. 71.

Quod ſi ab huiuſcemodi urina dolor leuatus non eſt,neq; ueſica mollior effecta eſt,neq; febris conquieuit,laborãtem per primos morbi circuitus moriturum, denunctiandum eſt.Aph.73.

Id uero pueris a ſeptimo anno,ad decimumquartum pręcipue accidere ſolet. Aph·74.

DE HEMORRHOIDIbus·

ATra bile uexatis,& renum paſſionibus,hęmorrhoides ſuperuenientes, bonum·Lib·6·Aph.11.

A diuturnis ſanato hæmorrhoidibus, ſi una nõ ſeruatur,periculum eſt,aquam

inter cutem, uel tabem aduenire. Libro 6. Aph. 12.

In inſanientibus, ſi utrices uel hæmorrhoides ſuperuenerint, inteſtinæ ſolutio. Lib. 6. Aph. 21.

## DE VRINA.

QVibus urinæ craſſæ, grumoſæ, craſſæ, non ſine febre, multitudo ueniens ex his tenuis iuuat. Præcipue uero tales ueniunt, quibus ab initio uel breue ſedimen ineſt. Lib. 4. Aph. 69. *Titulo de ueſica & renibus.*

Quibus urinæ perturbatæ, quales ſunt iumentorum, his dolor capitis uel adeſt, uel aderit.

Quibus ſeptima indicatur, is nubeculam habet, quarta die rubeam, & alia ex ratione. Lib. 4. Aph. 70.

Quibus urinæ albæ, & perſpicuæ, malæ, præſertim ſi in delirantibus appareãt. Lib. 4. Aph. 72.

Quibus ſperatur abſceſſum futurum, ad articulos, liberat ab abſceſſu urina multa, craſſa & alba facta, qualis in laborioſis febribus, quarto die quibuſdam incipit fieri. Si uero etiam ex naribus ſanguis fluxerit, breui admodum ſolutio fiet. Lib. 4. Aph. 74.

Si ſanguinem aut pus mingat, aut renum aut ueſicæ ulcerationem ſignificat. Lib.4.Aph.75.

Quibus in urina craſſa exiſtente carunculæ paruæ, aut ueluti capillum, una exeunt, his à renibus excernitur. Lib.4.Aph.76.

Quibus in urina craſſa furfurea quædã ſimul exeunt, his ueſica ſcabie laborat. Libro 4.Aph.77.

Quicunq; ſponte ſanguinem mingũt, his à renibus uenulam ruptam ſignificatur. Lib.4.Aph.78.

Quibus in urina arenoſa inſidunt, his ueſica laborat calculo. Lib.4.Aph.79.

Si ſanguinem mingant aut grumos, uel ſtillicidium urinæ habeant, & dolor in imum incidat uentrem, & pectinem & ſemen, circa ueſicam dolor eſt. Lib.4. Aph.80.

Si ſanguinẽ aut pus minxerit, aut ſquãmulas, & grauis odor adſit, ueſicæ exulcerationem ſignificat. Lib.4.Aph.81.

Quibus urinaria fiſtula tubercula innaſcuntur, his ſuppuratione facta & eruptione ſolutio. Lib.4.Aph.82.

Mictio noctu plurima facta, paruã ſigni-

nificat deiectionem. Lib. 4. Aph. 83.

Quibus ex ſtillicidio urinæ ileos ſuperuenerit, in ſeptem diebus pereunt, niſi febre ſuperueniente. Lib. 6. Aph. 44.

Quibuſcunq; febricitantibus in urinis fiunt ſedimina, ueluti farina craſſior, longam ægritudinem ferè ſignificat. Lib. 7. Aph. 31.

Quibus autem bilioſa ſedimina ſupra tenuia, acutum morbum ſignificant. Lib. 7. Aph. 32.

Quibus urinæ diſtantes ſunt, his turbatio fortis in corpore fit. Lib. 7. Aph. 33.

Quibus in urinis bullę ſubſiſtunt, morbum renalem & longum ſignificant. Li. 7. Aph. 34.

Quibus inſidens pingue, ac ſimul totum, his renum uitium acutum ſignificatur. Lib. 7. Aph. 35.

Qui per ueſicam excernuntur, inſpicere oportet, ſi talia, qualia ſanis excernuntur. Quæ igitur minime ſimilia ſunt his, hæc morboſiora, quæ uero ſunt ſanis ſimilia, hæc minime morboſa. Lib. 7. Aph. 64.

Vrinæ ſtillicidium, & mingendi difficultatem uini potio, & uenæ ſectio ſol=

uit,incidere autẽ interiores. Lib.7. Aph. 49.

Vrina illa optima eſt, in qua per totũ morbi decurſum reſidet album,leue, æquale,hæc nimirum ſecuritatem, leuẽq́; morbum ſignificat,quod ſi aliquid horũ deeſt,ut modo liquida ſit, modo album leueq́; reſideat in ipſa, hæc ut longiorem morbum denunctiat,ita ſecuritatem minorem pollicetur.Præſ.Lib.2.Aph.26.

Subrubra urina,in qua ſubrubrum,leueq́; reſidet,q̃q́; ſuperiorem morbum diuturniorem, eundem tamen ſalubriorẽ declarat.Aph.27.

Mala urina eſt,cũ id quod reſidet,parti farinæ craſſiori ſimile eſt, peior uero ſi lamis. Ac uituperatũ quoq; alba,tenuiſq́; quanq́; longe maius periculum illa portendit,in qua quædam tanquàm furfura reſident. Aph.28.

Nebulæ in urina ſuſpenſæ,albæ quidẽ bonæ,nigræ uero malæ ſunt. Aph.29.

Cæterum quoad urina ruffa, tenuiſq́; apparuerit,crudum morbum ſignificat, q̃ ſi diutius talis permanſerit, ne priuſq́; morbus quieſcat,æger uiribus deſtitutus ſuccumbat,periculum eſt. Periculoſiſſima

ma eſt urina, quæ mali odoris & diluta, & tenuis & nigra & craſſa. Aph 30·31·32·

In uiris quidem & mulieribus nigra, in pueris uero tenuis & diluta, deterrima eſt·Aph·33·

Si urina tenuis & cruda ſic diu fertur, ut reliqua ſigna ſalutaria ſint, plærumq; infra ſeptum tranſuerſum abſceſſus oriri ſolet. Aph·34.

Neq; leuiter terrere nos debet urina, cui pinguedo telis araneorum ſimilis inna=tat, quippe quæ hominem tabe conſumi ſignificat. Aph.35.

Nubecularum poſitum, ſupremũmue locum, an infimum obſeruare oportet· Nam quæ in ima parte conſtituuntur, cũ coloribus quos ſupra propoſui bonę ſũt, atq; laudantur, quæ uero ſurſum attollũ=tur, malæ. Aph·36.

Sed caue ne ueſica quoquo modo affe=cta (ſi huiuſmodi reddit urinas) te decipi=at, tales enim non ad uniuerſum corpus, ſed ad ipſam dũtaxat ueſicam referri de=bent. Aph.37.

Quibus in urina ad arenularum ſimi=litudinem aliquid ſubſidet, ſiue pori, id eſt, tophi lapilli, his tubercula ad craſſam

uenam enatata ſunt atq; ſuppuruerunt.
Hip. de Natura humana.

Si urinæ cruentæ ſunt, in uenis uitium eſt. Idem.

Si urina quæ craſſa eſt, habuerit ad effigiem capillamenti caruncula admodũ minutas, ſigno eſt uitium eſſe renibus, & articularibus. Idem.

Si pura & in ſumma urina ueluti furfures huc, illũcq; natent, ſcire licet uesicę ſcabiem eſſe. Idem.

DE SVDORIBVS.

SVdores febricitantibus, ſi inceperunt, boni, & 3. & 5. & 7. & 9. & 11. & 14. & 13 & 20. & 27. & 34. hi enim ſudores indicant morbos, qui uero nõ ita fiunt, laborem ſignificant, & morbi longitudinem & recidiuam.

Frigidi ſudores cum acuta quaſi febre, mortem, cum mitiori autem longitudinem morbi ſignificat.

Qua parte ſudor corporis eſt, ibi ſignificat morbum.

Sudor multus ex ſomno factus abſque cauſſa manifeſta, corpus uti pluro cibo ſignificant. Si uero cibum non accipienti hoc accidat, ſcire oportet, quod euacuatione indiget.

Su-

Sudor multus uel frigidus, ſuperfluẽs, frigidus magis, calidus minus, ſignificat morbum.

Febricitanti ſudor ſuperueniens, febre non deficiẽte, malum, prorogatur enim morbus, & multam ſignificat humiditatem.

A ſudore horror non bonum.

Sudor multus, calidus, uel frigidus, ſẽper fluens, humorẽ adduci, robuſto quidem ſupra, debili uero infra, ſignificat.

Sudores ſaluberrimi cenſentur in omnibus acutis morbis, ſi in diebus decretorijs oriantur, febremq́ finiant, aut ubi toto corpore æqualiter inſudãte, æger morbum facilius ſuſtinere uidetur. Cõtra inutiles qui id effrcere non ualent. Peſſimi omnium ſunt frigidi, & ubi caput duntaxat, aut facies, aut ceruix inſudat, quippe qui in acuta quidẽ febre mortem, in minore uero morbum diuturnum fore ſignificat.

## CORNELIVS CELSVS Lib. 2. Cap. 16.

SVdor duobus modis elicitur, aut ſicco calore, aut balneo. Siccus calor eſt, & harenæ calidæ, & laconici, & clibani,

& quarundam naturalium ſudationes, ubi è terra profuſus calidus uapor, ædifi-tio includitur, ſicut ſuper baias in myrte-tis habemus. Preter hæc ſole quoq; & ex-ercitatione is mouetur. Vtiliaq; hæc gene-ra ſunt, quoties humor intus nocet, isq; digerendus eſt. Ac neruorum quoq; quę-dam uitia ſic optime curantur, ſed cætera infirmis poſſunt conuenire. Sol & exerci-tatio tantum robuſtioribus, qui tamē ſi-ne febre, uel initio morbi, uel etiam gra-uibus morbis tenentur. Cauendum autē eſt, ne quid horum uel in febre uel in cru-ditate tentetur. At balnei duplex uſus eſt. Nam modo diſcuſſis febribus initiū cibi plenioris, uiniq; firmioris ualetudinē fa-cit, modo febrem ipſam tollit, foreq; ad-hibetur, ubi ſummam cutem relaxari, e-uocariq; corruptum humorem, & habi-tum corporis mutare expedit. Antiqui ti-midius eo utebantur, Aſclepiades auda-tius. Neq; terrere autem ea res, ſi tempeſti-ua eſt, debet, & ante tempus nocet.

Quiſquis febre liberatus eſt, ſimul atq; ea uno die non acceſſit, eo qui proximus eſt, poſt tempus acceſſionis, tuto lauari poteſt. At ſi circuitum habere ea febris ſo-

li-

lita eſt, ſic ut tertio, quartóue die reuertatur, quandocunq; non acceſſit, balneum tutum eſt. Manétibus uero adhuc febribus, ſi hæ ſunt lentæ, leneſq́; iam diu male habent, recte medicina iſta tétatur. Cũ eo tamen, ne pręcordia dura ſint, neue ea tumeant, neue lingua aſpera ſit, néue aut in medio corpore, aut in capite dolor ullus ſit, neue tum febris increſcat. At in his quidem febribus, quæ certum circuitum habent, duo balnei tempora ſunt, alterũ ante horroré, alterum febre finita. In ijs uero qui lentis febriculis diu detinentur, cum aut ex toto receſſit acceſſio, aut ſi id non ſolet, certe lenita eſt, iamq; corpus tã integrum eſt, quã maxime in eo genere ualetudinis ſolet.

Imbecillus homo iturus in balneum, uitare debet ne ante frigus aliquod experiatur. Vbi in balueũ uenit, pauliſper reſidere, expeririq́;, num tempora aſtringantur, et an ſudor aliquis oriatur. Illud ſi incidit, hoc non ſecurum eſt, inutile eo die balneum eſt, perungendus eſt is leniter, & referendus eſt, uitandumq́; omni modo frigus, & abſtinentia utendum. At ſi temporibus integris, primum ibi, dein-

m 5 de

de alibi ſudor incipit, fouẽdum os aqua calida, tum in ſolo deſidendum eſt, atq; ibi quoq; uidendum, num ſub primo cõtactu aquæ calidæ ſumma cutis inhorreſcat, quod uix tamen fieri poteſt, ſi priora recte acceſſerunt.

Certum autem id ſignum inutilis balnei eſt. Ante uero à poſteaq; in aquam calidam ſe demittat, aliquis perungi debeat, ex ratione ualetudinis ſuæ cognoſcat. Fere tamẽ niſi ubi nominatim, ut poſtea fiat, id præcipietur, moto ſudore leuiter corpus perungendum, deinde in aquam calidam demittẽdum eſt. Atq; hic quoq; habenda uirium ratio eſt. Neq; committendum ut per æſtum anima deficiat, ſed maturius is auferendus, curioſeq; in ueſtimentis inuoluendus eſt, ut neq; ad eum frigus aſpiret, & ibi quoq; anteq; aliquid aſſumat, inſudet. Fomenta quoq; calida ſunt, milium, ſal, harena, quodlibet eorũ calefactum, & in linteum coniectum. Si minore ui opus eſt, etiam ſolum linteũ, at ſi maiore extinctiones, inuolutiq; panniculi, & ſic circundati. Quinetiam calido oleo replentur utriculi, & in uaſa fictilia, ad ſimilitudinem quas lenticulas uocant,

cant, aqua conijcitur, & ſal ſicco linteo excipitur, demittiturq́ in aquam bene calidam, tum ſuper id membrum (quod fouendum eſt) collocatur, iuxtaq́ ignẽ ferramenta duo ſunt, capitibus paulo latioribus, alterumq́ ex his demittitur in eum ſalem, & aqua ſuper leuiter aſpergitur. Vbi frigere cœpit, ad ignem refertur, & idem in altero fit, deinde inuicem in utroq́, inter quæ deſcendit ſalſus & calidus ſuccus, qui contractis aliquo morbo neruis opitulatur. His omnibus commune eſt digerere id quod uel præcordia onerat, uel fauces ſtrangulat, uel in aliquo membro nocet. Quando autem quoque utendum ſit, in ipſis morborum generibus dicetur.

## DE CALORIBVS.

Calidum ubi quis ſæpius eo utatur, hæc mala adfert, carnium effœminationem, neruorum incontinentiam, mentis torporem, profluuia ſanguinis, animi defectionem, hæc ad quæ mors. Hip. Lib. 5. Aph 16.

Eſt autem ubi in diſtentione ſine ulceratione, iuuene bene carnoſo æſtate media, frigidæ aquæ multa perfuſio, calorẽ reuo-

reuocat,calor autem hæc ſoluit. Libro 5. Aph.22.

Calidum ſuppuratorium non in omni ulcere,magnum ad ſecuritatem inditium,cutem mollit,extenuat,dolorem ſedat,rigores, conuulſiones & diſtẽtiones mitigat,& ex his quæ ad caput attinent, eius ſoluit grauitatem, plurimum autem confert oſſium fracturis,ſed nudis præcipue,eorumq́ maxime qui in capite ulcera habent,& quæcunq; à frigore moriuntur,uel ulcerantur,& repentibus commeſſis ſede purgandis,utero,ueſicæ, ijs calidum amicum & iudicans, frigidum inimicum & perimens.Eodem Aph.22.

Aqua quæ cito calet & refrigeratur, leuiſſima eſt.Eod.Aph.26.

## DE FRIGORIBVS.

FRigidum autem,conuulſiones, diſtẽtiones,liuores,rigores febriles. Eodẽ. Aph.17.

Frigidum inimicum,oſſibus, dẽtibus, neruis,cerebro, ſpinali medullæ, calidũ uero utile.Eod.Aph.18.

Quæcunq; refrigerata ſunt, excalfacere oportet,exceptis his quibus ſanguis fluit,aut fluxurus eſt.Eod.Aph.19.

Vlce-

Vlceribus frigidum quidem mordax, cutem obturat, dolorem inſuppurabilē facit, liuorem obducit, rigores febriles, conuulſiones, diſtentiones. Eod. Aph. 20.

Frigida qualis nix eſt & glacies, pectori inimica, tuſſes mouent, & ſanguinem, & diſtillationem. Eod. Aph. 24.

Aqua quæ cito calet, & cito refrigeratur, leuiſſima eſt. Eod. Aph. 26.

Tumores articulorum atq; dolores, abſq; ulcere, & podagricos quoq; & conuulſa, horum plurima frigida aqua large effuſa, leuat & extenuat, ſoluitq; dolorē. Nam modicus torpor dolorem ſoluit.

Homo ut primo die eſt calidiſſimus, ita nouiſſimo eſt frigidiſſimus. Hip. Li. de natura humana.

## DE GERENTIBVS IN utero.

VTero gerentes ſunt medicandæ, ſi materia turget, quarto menſe, & uſque ad ſeptimum, ſed has minus. Iuniora autem & ſeniora uereri oportet. Libro 4. Aph. 2.

Vide titulum de fœtu. Item titulū de ſemine humano & de conceptu.

Grauidas purgare turgente materia, à quar-

quarto menſe uſq; ad ſeptimum, minus uero has, recentiores autem & ſeniores uereri oportet. Lib. 5. Aph 29.

Mulierem utero gerentem capi ab aliquo morbo acuto, letale eſt. Eodē. Aph. 30.

Mulier utero gerēs ſanguine miſſo ex uena abortit, & magis ſi fœtus ſit maior.

Mulieri in utero gerenti, ſi aluus plurimum profluat, periculum eſt, ne abortiat. Eodem. Aph. 34.

Mulieri quæ uterinis moleſtatur, aut difficulter parit, ſuperueniens ſternutatio, bonum. Eodem. Aph. 34.

Mulieri utero gerenti, ſi altera mamma gracilis fiat, geminas habenti alterū abortit. Et ſi quidem mām̄a dextera gracilis fiat, marem, ſi uero ſiniſtra, fœminā. Eodem. Aph. 38.

Si mulier quæ neq; grauida eſt, neque conceperit, lac habet, huic menſtrua defecerunt. Eod. Aph. 39.

Si uolueris noſſe an conceperit mulier, cum dormitura eſt, ei aquam mulſam potandum da, & ſi alui tormina patitur, concepit, ſi minus, non concepit. Eodē. Aph. 41.

Mu-

Mulier ſi marem concepit, bene colo‑
rata eſt, ſi uero fœminam, male colorata.
Eodem. Aph. 42.

Si mulieri grauidæ in utero ſit eræſipe
las, letale Eodem. Aph. 44.

Quæcunque præter naturam tenues exi
ſtentes, utero gerunt, abortiunt, priuſquã
craſceſcant. Eodem.

Quæcunque mediocriter corpora habẽ
tes abortiunt, ſecundo aut tertio menſe,
ſine occaſione manifeſta, his acetabula
uteri plena mucoris ſunt, ut non poſſint
ex pondere fœtum cõtinere, ſed diſrum
puntur. Eodem. Aph. 45.

Quæcunque præter naturam craſſæ, nõ
concipiunt utero, his omentum os uteri
comprimit, & priuſquam extenuentur, non
concipiunt. Eod. Aph. 46.

Si uterus in coxam uergens ſuppura‑
tur, neceſſe eſt iuuamentum fieri. Eodem
Aph. 47.

Fœtus mares quidem in dexteris, fœ‑
minæ uero in ſiniſtris magis. Eodẽ. Aph.
48.

Vt ſecunda procidat, ſternutatorio ap
poſito, & nares apprehendito & os. Lib.
5. Aph. 49.

Quæ

Quæ utero gerũt, his uteri os cõprimi tur. Eodem. Aph. 51.

Mulieri utero gerenti, ſi lac multum è mammis effluet, fœtum imbecillum ſignificat, ſi uero mammę ſolidæ fuerint, fœtum ſignificat ſaniorem. Eodem. Aph. 52.

Quæ corrupturæ ſunt fœtus, his mammæ extenuantur, ſi uero rurſum duræ fiant, dolor, aut mammas, aut coxas, aut oculos, aut genua infeſtabunt, & nõ corrumpent. Eodem. Aph. 53.

Quibus os uteri durum eſt, is uteri os comprimi eſt neceſſarium. Eod. Aph. 54.

Quicunq; utero gerentes & à febribus corripiuntur, & fortiter caleſiunt ſine occaſioné manifeſta, difficulter pariunt, & cum periculo, aut abortum facientes, periclitantur. Eodem. Aph. 55.

Si mulier non concipit, ſcire autem uelis, an conceptura ſit, pannis circum tectis de ſupter ſuffias, & ſi odor uideatur per corpus ire ad nares & os, ſcito ꝙ ipſa nõ ex ſe ipſa ſterilis eſt. Eodem. Aph. 59.

Si mulieri utero gerenti purgationes eant, impoſſibile eſt fœtum eſſe ſanum. Eodem. Aph. 60.

Quæcunq; frigidos & ſpiſſos uteros ha-

habent, non concipiunt, & quæcunque præhumidos uteros habent, non concipiunt, extinguitur enim in eis genitura. Et quæcunq; ſiccos magis & adurentes, nam ex defectu alimenti corrumpitur ſemen. Quæcunq; uero ex utriſq; mediocrẽ habent temperaturam, hæ fœcundę ſũt. Eodem. Aph. 62.

Mulieri utero gerenti, ſi tenſio ſuperuenerit, facit abortum. Lib. 7. Aph. 27.

## DE MVLIERIBVS.

MVlier ambidextra nõ fit. Mulier podagra nõ laborat, niſi mẽſtrua defecerint. Lib. 7. Aph. 44.

Mulieribus ſiccior uictus ex uſu eſt. Etenim cibus ſiccus, potio meratior, carne mollibus idonea eſt, ad hæc ſecundas, et fœtui nutriendo potior eſt. Pol. de ratione uictus priuatorum.

Mulieribus acetum longe magis quã uiris aduerſatur, utpote quarum uterum dolore cruciat. Hip. de ratione uictus in morbis acutis, Lib. 3.

## DE MENSTRVIS.

SVffitus aromatum muliebria ducit, ſępius uero & ad alia utilis eſſet, niſi capitis faceret grauitatem. Lib. 5. Aph. 28.

Mulieri ſanguinem euomenti, menſtruis erumpentibus, ſolutio. Lib. 7. Aph. 32.

Menſtruis deficientibus, ſanguis ex naribus fluens, bonum. Lib 5. Aph. 33.

Mulier menſes decolores, nec per idē ſemper tempus uenientes, purgationem indicant eſſe neceſſariam. Lib. 5. Aph. 36.

Si mulier neq; grauida eſt, neq; peperit, lac habet, huic menſtrua defecerunt. Lib. 5. Aph. 39.

Mulieri ſi uelis menſtrua cohibere, cucurbitulam q̄ maximam ad mām̄as appone. Lib. 5. Aph. 50.

In fluxu muliebri ſi conuulſio & animi defectus aduenerit, malum. Eodem. Aph. 56.

Si menſtrua plura fiant, accidunt morbi, & ſi non fiant, ex utero morbi contingunt. Eodem. Aph. 57.

Si mulieri ceſſent purgationes, neque febris neq; rigor ſuperueniat, & faſtidia incidant, iudica ipſam in utero habere. Eod. Aph. 61.

Si mulieri in utero gerenti purgationes eant, impoſſibile fœtum eſſe ſanum. Lib. 5. Aph. 60.

Men-

Menſtruorum retentio ſequentes morbos gignit, conceptum impedit, corpus calefacit, uenas implet atq; diſtendit, ueſicam premit, urinam prohibet, dolorẽ lumborum & ſuffocationem excitat, coxendicem moleſtat, interdum putreſcit & ſuppurat. Hip. Lib. de fœtu.

Mulier ubi conceperit, mẽſes non defluunt.

A menſtruis repurgatæ, concipiunt faciIlime.

## DE FOETV ET SECVNdis.

CErto tempore mulier concipit, aut incipiente ſanguine, aut deficiente. Sor.

Vide plura, titulo de gerentibus in utero, & grauidis.

Infans in utero ſic continetur: Summa pars clunibus continuatur, genua oculis ſunt appoſita. Vnde & concaui exeunt, & genæ dicuntur.

Mulieres quæ in nauibus pariunt, mutos ædunt.

Infans q̃ diu dentes non habet, uagit, ubi duos uel tres habuerit, balbutit, ubi completos habuerit, loquitur.

Saltus in primis ſeptem diebus permittit ſemen in lacellis, & eijcit. Hip. Libro de fœtu.

Primiparæ, & quæ rarius pariunt, plurimum in partu & puerperio laborant, quæ uero crebrius pariunt, minus.

## DE SEMINE ET CONceptu.

QVæcunq; frigidos & ſpiſſos uteros habent, non concipiũt. Et quæcũq; perhumidos uteros habent, non concipiunt, extinguitur enim genitura. Et quæcunq; ſiccos magis & adurentes, nam ex defectu alimenti corrumpitur ſemen. Quæcunq; uero ex utriſq; mediocrẽ habent temperaturam, hæ fœcundæ ſũt. Lib. 5. Aph. 62.

Similiter autẽ & in maribus, aut enim propter corporis raritatem ſpiritus extra fertur, ut ſemen non tranſmittatur ad os, uel propter ſpiſſitudinem, humor non exit foras, uel propter frigiditatem non concaleſcit, ut ad hunc colligatur locum, uel propter caliditatem hoc idem accidit. Lib. 5. Aph. 63.

Quibus nares natura humidiores & genitura humidior, minus integra ſa-

nitate fruuntur, quibus uero contra, ſalu-
brius degunt. Lib. 6. Aph. 2.

Caſtrati non coeunt, nec ſemen emit-
tunt, Veneris inſomnia patientes, coire
ſibi uidentur, & ſemen eliciunt, quia hu-
mor, labore uel forti imaginatione cale-
factus, ſpumeſcit atq; diſpergitur. Hip. Li.
de ſemine.

Quibus ſecundum aures ſecantur ue-
næ, coeunt quidem ac emittunt, ſed pau
lum quid & minime fœcundum.

Pueri cum uenulas tenellas, easq́; ple-
nas habeant, ſemen non emittunt.

Semen genitale de corporis omnibus
partibus excernitur.

Et fœminæ ipſæ ſperma emittunt, mo
do in locellos, modo foras.

Vide Ariſtotelem in Problematis, &
Alexandrum.

Si crebro mares uiris miſceantur, ma-
gis ualent, ſi raro, minus.

Et in uiro & in muliere ſemen marinũ
& fœmineum eſt.

Cum ex uiri corpore plus in ſemen, q̃
fœminæ ueniat, partus ille pulchrior eſt,
patriq́; ſimilis. Cum uero plus fœminæ
uenerit, partus ille pulchrior corpore eſt,
matriq́; ſimilis.

Infans niſi latum locum habeat, quo nutriatur, agitetur, creſcat, macilentum fieri neceſſe eſt, utpote qui ſatis amplũ locum ad incrementum non habeat.

Eadem ratio eſt, cur modo parui, modo magni naſcuntur infantes.

Semper ferè ſani & integri ex mutilis generantur.

Quemadmodum cucumeres & arbores, & alia quædam germina, ſi comprimantur & in anguſtis creuerint locis, partim mutilæ, partim tortuoſæ proueniũt. Ita & fœtus in utero, iuxta ea quæ matri contingunt, uel mutilatur, uel non recte creſcit.

Mulier cum concepit, ſemen extra locellos nõ exilit. Hip. Li. de natura pueri.

Fœmina cum conceperit, menſes non defluunt, ſiquidem fœtus ſanus futurus eſt, prætereꝗ puſillum quibuſdam primo menſe.

Mulier à menſibus purgata eſt, uacuaꝗ eo ſanguine, tum potiſſimum concipere idonea eſt.

DE ABCESSIBVS.

QVibuſcunꝗ reſurgentibus ex morbis, ſi quid laborauerit, ibi fiunt abſceſ

ſceſſus. Lib. 4. Aph. 32.

Laſſitudinem habentibus in febribus in articulos et circa maxillas potiſſimum abſceſſus fiunt.

Quibus ſperatur abſceſſum futurum ad articulos, liberat ab abſceſſu urina multa, craſſa & alba facta, qualis in laborioſis febribus quarto die quibuſdam incipit fieri, ſi uero etiam ex naribus fluxerit ſanguis, breui admodum ſolutio fit.

Quicunq; ſuppurati, aut aquam inter cutem patientes, uruntur aut ſecantur, ſi pus aut aqua uniuerſim effluxerit, omnes moriuntur. Lib. 6. Aph. 27.

Quibuſcunq; ſuppuratio in corpore exiſtens, non innoteſcit, his ob craſſitudinem puris aut loci, non innoteſcit. Libro 6. Aph. 41.

Quibus ob laborantem pulmonẽ abſceſſus ſecundũ aures oriuntur, & in partibus infernis ſuppurantur, ac fiſtulam efficiunt, ijs ſecunda ualetudo contingere ſolet. Præſ. Lib 2. Aph. 64.

In quibus huiuſcemodi notas obſeruabis: Si febris non conquieſcit, neq; dolor mitigatur, ſi ſputum non pro ratione eijcitur, ſi aluus neq; bilioſa, neq; liuida,

neq; ſyncera excernit, ſi in urina admo-
dum exigua multa reſident, ac reliqua
quoq; ſigna omnia ſecuritatem pollicen-
tur, eiuſmodi abſceſſus expectandi ſunt.

Qui alijs quidem eueniũt in partibus,
ſi quodammodo inflãmata fuerint prę-
cordia, alijs uero in ſuperioribus, ſi præ-
cordia neq; tumore, neq; dolore infeſtan-
tur, ſed accedit pro tempore ſpiritus dif-
ficultas, quæ deinde ſine ulla euidenti oc-
caſione quieſcit. Aph. 66.

In uehementi periculoſaq́; peripneu-
monia, non inutiliter in cruribus naſcun-
tur abſceſſus, nec poteſt aliud quicquam
melius accidere, pręſertim ſi mutato ſpu-
to ſic appareant. Siue autem tumor, ſiue
dolor ſentitur, ſputo cruento in pus iam
conuerſo, excretoq́;, tutiſſimum id iudi-
tium eſt. Nam & æger à periculo libera-
tur, & abſceſſus doloris expers, celerrime
acquieſcit. At ſi neq; ſputum probe excer-
nitur, nihil reſidet in urina quod bonam
ſpem fulcire uideatur, nec ex eo articulo
claudicet æger, uel plurima certe ſuſtine-
at negotia, periculum eſt. Aph. 67.

Si uero ſubſederunt abſceſſus, ſed rur-
ſus repetunt, non prodeũte ſputo, ac per-

ſeue-

ſeuerante febre, grauis tumor eſt, ne delirium ſubeat æger, aut moriatur. Aph.68.

Sane ex ſuppurationibus quas pulmonum morbi concitarunt, ferè ſenes moriuntur, & in cæteris iuniores. Aph.62.69.

Lumborum, inferiorumq́ partium dolores, quibus febris quoq; accidit, ſi ad ſeptum tranſuerſum eunt, relictis inferioribus, admodum pernitioſi ſunt. Animaduertenda tamē reliqua quoq; inditia ſūt, ſi enim periculoſum aliquid acceſſerit, hominem à ſpe deponit, cum urũtur ſuppurati, ſi pus fluxerit purum, candidum & ſine fœtore, ſeruantur. Si uero ſubcruētum, cenoſumq́ pereunt, ſi ad ſeptū trāſuerſum oſtenderit, nullo reliquorum ſignorum periculum oſtendente, futurę ſuppurationis indubitata ſpes eſt. Aph.70.

Apoſtema in membro principali ſi nō doluerit, inueterauit. Dam.

Apoſtema ſenibus non repercutiatur, ne forte non ſufficiat, nam ad repercutiēdum illud & digerendum. Extrahendũ autem eſt leui medicina, ne natura cum eo exiēs, corpus exinaniat. Eſt nāq; quod deperditur in ſenibus multum ad differētiam illius quod inſtauratur. Similiter &

in pueris, uis namq; medicinæ fortior eſt natura eorum. Dam.

## DE VVLNERIBVS.

SI uulneribus fortibus & prauis tumor non appareat, ingens malum. Hip. Li. 5. Aph. 66.

Vulnera circa glabra, praua ſunt. Lib. 6 Aph. 4.

Veſica diſciſſa uel uulnerata, aut cerebro, aut corde, aut ſepto, aut aliquo ex tenuioribus inteſtinis, aut uẽtriculo, aut iecore, letale eſt. Lib. 6. Aph. 18.

Cum diſciſſum fuerit os, aut carthilago, aut neruus, aut genæ particula tenuis, uel præputium, neq; augetur, neq; coaleſcit. Lib. 6. Aph. 19.

Si quod inteſtinorũ gracilium diſcindatur, non coaleſcit. Lib. 6. Aph. 24.

Quãdo os aut carthilogo, aut neruus, abſcinditur in corpore, non augetur. Lib. 7. Aph. 28.

## DE PODAGRA.

EVnuchi neq; podagra laborant, neq; calui fiunt. Lib. 6. Aph. 28.

Mulier podagra non laborat, niſi menſtrua defecerint. Eodem. Aph. 29.

Puer podagra non laborat ante uſum uene-

uenereorum. Lib. 6. Aph. 30.

Quicunq; morbi podagrici fiũt, hi ſedata in 40. diebus inflammatione, finiunt. Lib. 6. Aph. 49.

Dolores podagrici, uere & autumno, magna ex parte mouentur. Lib. 6. Aph. 55.

## DE ERESYPILATE.

ERefypilas ab exterioribus uerti ad interiora, non eſt bonum, ab interioribus uero ad exteriora, bonum. Libro. 6. Aph. 25.

Ab ereſypelate putredo, aut ſuppuratio. Lib. 7. Aph. 20.

In oſſis exutione, ereſypelas.

## DE FEBRIBVS.

AEſtiuæ quartanę magna ex parte breues. Autumnales longæ, & maximę quæ hyemem attingunt. Hip. Lib. 2. Aph. 25.

Febrem conuulſioni ſuperuenire melius eſt, ꝙ febri conuulſionem. Eodẽ. Aph. 26.

Febricitantium cum omnino leuiter permanere corpus, & nihil minui, uel etiam plus ꝙ ratio poſtulat, contabeſcere, malum, hoc enim morbi lõgitudinem, hoc

hoc uero imbecillitatem ſignificat.

Dum pus conficitur, dolores ac febres accidunt magis. Lib. 2. Aph. 47.

Quibus in febribus ſexto die rigores fiunt, difficile iuditium ſequitur. Libro 4. Aph. 29.

Quibuſcunque acceſſiones fiunt, quacunque hora febris dimiſerit, ſi eadē cras occupauerit, iuditium habent difficile. Eodem. Aph. 30.

Laſſitudinem habentibus in febribus, in articulos, & circa maxillas, potiſſimū abſceſſus fiunt. Lib. 4. Aph. 31.

Sudores febricitanti, ſi inceperint boni, & 3. & 5. & 7. & 9. & 11. & 14. & 17. & 20. & 27. & 34. hi enim ſudores indicant morbos. Qui uero nō ita fiunt, laborem ſignificant, & morbi lōgitudinem & recidiuam. Eodem. Aph. 36.

Frigidi ſudores cum acuta quidem febre mortem, cum mitiori autem longitudinem morbi ſignificant. Eod. Aph. 37.

Febres quæcunque non intermittentes, tertia die fortiores fiunt magis periculoſæ. Quocunque autem modo intermiſerint, periculum abeſſe ſignificatur. Eod. Aph. 43.

Qui-

Quibus febres lõgæ, his tubercula uel labores in articulis fiunt. Eod. Aph. 46. Si rigor incidat febre non deficiẽte, ægro non debili, letale eſt, Eod. 46.

Excreationes in febribus non intermittentibus, liuidæ, cruentæ, fœtidæ, omnes malæ & biliosæ, & ſi bene exeũt, ſiue per alui excretionem, ſiue per urinas, bonæ. Si uero non aliquid eorum, quæ iuuant, per hæc loca excernitur, malum. Eodem. Aph. 47.

In febribus non intermittẽtibus, ſi partes exteriores frigidæ, interiores uruntur, & ſitim habeat, letale eſt. Eod. Aph. 48.

In febre non intermittente, ſi labrũ uel oculus, uel naſus, uel ſupercilium peruertatur, uel non uideat, uel non audiat, iã debili exiſtente corpore, quicquid horũ euenerit, mors proxima eſt. Eodẽ. Aph. 49.

Vbi in febre non intermittente, difficultas ſpirandi, uel delirium acciderit, letale. Eodem Aph. 50.

In febribus abſceſſus qui ad primas iudicationes non ſoluunt, longitudinem morbi ſignificant. Eod. Aph. 51.

Quicunq; in febribus uel in alijs morbis,

bis,ſponte illachrymant, nihil abſurdũ, qui uero non ſponte abſurdius. Eodem. Aph.52.

Quibus circa dentes in febribus quidã lentores naſcuntur,his fortes ſunt febres. Lib.4.Aph.53.

Quibus plurimum ſiccæ tuſſes, leuiter irritãtes in febribus ardentibus fiunt, nõ multum ſiti infeſtantur.Eod.Aph.54.

Ex inguinũ tumoribus febres, omnes malæ.Eodem.Aph.55.

Febricitanti ſudor ſuperueniens, febrẽ nõ deficiente,malum, prorogatur enim morbus,& multam ſignificat humiditatem.Eodem.Aph.56.

Qui à conuulſione aut diſtẽtione neruorum tenetur,febre ſuperueniente liberatur.Eodem.Aph.57.

Febre ardente habito, rigore ſuperueniente,ſolutio.Eodem.58.

Tertiana exquiſita ſeptenis circuitibus, quod longiſſimum eſt,iudicatur. Eodẽ. Aph.59.

Quibus in febribus aures obſurduerũt, ſanguis ex naribus fluens, aut aluus turbata,ſoluit morbum.Eodem.Aph.60.

Febricitantem niſi diebus imparibus fe-

febris reliquerit, ſolet recidiuare. Eodem Aph. 61.

Quibus in febribus morbus regius ante diem ſeptimum accidit, malum. Libro 4. Aph. 62.

Quibus in febribus quotidie rigores fiunt, ſoluuntur. Eodem Aph. 63.

Quibus in febribus morbus regius, ſeptimo uel 9. uel 11. uel 14. ſuperuenerit, bonum, niſi dextrum ilium obduruerit. Si uero non, bonum. Eodem Aph. 64.

In febribus circa uentriculum fortis æſtus, & cordis morſus, uel dolor, malum. Eodem. Aph. 65.

In acutis febribus conuulſiones, & circa uiſcera dolores fortes, malum. Eodem Aph. 66.

Quibus ſperatur abſceſſum futurum ad articulos, liberat ab abceſſu urina multa, craſſa & alba facta, qualis in laborioſis febribus, quarto die quibuſdam incipit fieri, ſi uero ex naribus fluxerit ſanguis breui admodum ſolutio fit. Eodem.

Quibus ilia ſuſpenſa, murmurantia, lũborum dolore ſuperueniente, ijs alui humectantur, niſi flatus corrumpant, aut urinæ multitudo proueniat, hoc uero in fe-

febribus. Lib. 4. Aph. 73.

Quæcunq; utero gerētes à febribus corripiuntur, & fortiter calefiunt, ſine occaſione manifeſta difficulter pariunt, & cū periculo, aut abortum facientes periclitātur. Lib. 5. Aph. 55.

Lac dare caput dolētibus malum, malum uero & febricitantibus, malum item quibus in febribus acutis bilioſæ ſunt deiectiones, & quibus ſanguinis multi facta deiectio eſt. Conuenit autem & tabidis dare, qui non ualde multum febricitant, & in febribus lōgis & paruis, ſi multum ex ſupradictis ſignis affuerit, & præter rationem conſumptis. Eod. Aph. 64.

A quartanis capti non admodum à cōuulſionibus capiuntur. Lib. 5. Aph. 70.

Qui in febribus ardentibus tremores fiunt, delirio ſoluuntur. Lib. 6. Aph. 26.

Quibus dolor circa ilium fit abſq; inflammatione, his febris ſuperueniens, morbum ſoluit. Lib. 6. Aph. 40.

In acutis paſſionibus quæ cum febre ſunt, luctuoſa ſuſpiria, malum. Eodem. Aph. 54.

Quibuſcunq; febricitantibus in urinis ſunt ſedimina, ueluti farina craſſior, lon-

gam

gam ægritudinē fore ſignificat. Libro 7. Aph. 31.

Quibus autem biliosa ſedimina, ut ſupra tenuia, acutum morbum ſignificat. Lib. 7. Aph. 32.

In febribus exſomnis tumores uel conuulſiones, malum. Lib. 4. Aph. 67.

In febribus ſpiritus offendēs, malum, conuulſionem etiam ſignificat. Libro 4. Aph. 68.

Si febris non ex bile habeat, multa aqua calida capiti ſuperinfuſa, ſolutio fit febris. Lib. 7. Aph. 43.

Si quis cibum febricitanti dederit, ut ſano robur, ſic laboranti morbus. Lib. 7. Aph. 63.

Excreationes in febribus non intermittentibus, liuidæ, ſanguineæ, bilioſæ, fœtidæ, omnes malæ. Cum uero bene excernuntur, bonum eſt, & per uētrem & per ueſicam, & ubi aliquid ſecedens ſteterit, non purgatum, malum.

In febribus non intermittentibus, ſi exteriora frigent, interiora uruntur, et febris habeat, letale. Lib. 7. Aph. 69.

In febre non intermittente, ſi labrum aut naſus, aut oculus, aut ſupercilium per

uertitur, ſi non uideat, ſi non audiat, & iã debilis ſit, quicquid horũ ſit, mors prope eſt. Lib. 7. Aph. 70.

Febres, ſiue ſanus quis ab ipſis euadat, ſiue pereat, æquali dierum numero finiuntur. Præf. Lib. 3. Aph. 1.

Vt enim ſaluberrimæ febres quę uidelicet tutiſſimis fulciuntur notis, die quarto uel antea quieſcere ſolent, ita peſſimæ quæq;, & quibus periculoſiſſima adſunt ſigna, die quarto uel citius interficiunt. Aph. 2. 3. Eodem.

Primus itaq; eorum inſultus ita finitur, alter in ſeptimum diem producitur, tertius in undecimum, quartus in decimum quartum, quintus in decimumſeptimũ, ſextus in uigeſimum. Igitur acceſſiones ex acutiſſimis morbis per quatuor, in uiginti auctæ finiuntur. Verum huiuſcemodi ſuppuratio, per dies integros nimirũ fieri non poteſt, quippe cum nec annus, nec menſes ipſi, integris numerentur diebus. Aph. 4. 5.

Deinde eadem ratione atq; additione, primus circuitus, ad quatuor & triginta, alter ad quadraginta, tertius ad ſexaginta dies perueniet. Aph. 6.

Sed

Sed huiuſmodi morbos, qui longiori ſpatio finiri debent, ab initio perq̃ difficile eſt diſcernere, q̄ ſimilia ſint eorũ principia. Animaduertere tamen à prima die oportet, atq; ſingulos dierum quaterniones obſeruare, ſic enim haud obſcure ſcies, quo ſe cõuerſurus ſit morbus. Ac quartanę quoq; conditio hunc ſeruat ordinẽ. Aph. 7. 8.

Morbi autem tempore breuiſſimo finem attingentes facilius dignoſcuntur, utpote, qui maximis protinus ab initio diſtinguuntur differentijs. Si quidem ad ſanitatem tendentes facile ſpirant, nõ dolent, dormiunt noctu, ac reliqua quoq; ſigna, maximam eis ſecuritatem pollicentur. Perituri uero difficulter ſpirant, delirantur, uigilant, cæteraq; id genus peſſima ſigna eis accedunt. Aph. 9. 10.

Vt igitur, his ſic ſe habẽtibus, morbos, ac iuditium tendentes, coniectura conſequi oportet, & ex tempore, & ex ſingulis additionibus, ita eadem quoq; ratione, in mulieribus, morborum iuditia, à partu numeranda ſunt. Aph. 11. 12.

Capitis in febre uehementes, perpetuiq; dolores, accedente letalium notarum

aliqua, ualde ſunt pernitioſi. Si uero nul-
lo tali ſigno apparente, diem uigeſimum
dolor exceſſerit, neq; febris conquieſcat,
ex naribus ſanguinis fluorem, aut in par-
tibus inferioribus abſceſſum expectabi-
mus. Similiter dolori etiam recenti, ſan-
guinis profuſio ex naribus, aut ſuppura-
tio ſuperuenire ſolet, præcipue ſi dolor,
& tempora & frontem infeſtauerit. Aph.
13.14.

Maxime uero ſanguinis fluxio expectã-
da eſt in iuuenibus, qui quintum & trige-
ſimum annum nondum ſuperauerunt.
Nam maioribus natu, ſuppuratio ferè o-
ritur. Aph. 14.

Auris dolor acutus cum febre non in-
termittente, uehementiq́;, graue periculũ
minatur. Nam & mentem turbat, & ho-
minem rapit. Quum igitur anceps ſit hu-
ius rei exitus, à primo protinus die, omni-
bus ſignis accurate animum adhibere o-
portet. Nam ex eo caſu, iuniores quidem
intra ſeptimum diem, ſeniores uero mul-
to tardius moriuntur, quippe qui non e-
que magnas febres experiũtur, neq; adeo
inſaniunt. Proinde ſuſtinere poſſunt, do-
nec ſuſtinetur affectus. Quòd ſi morbus
in

in hac ætate reuertatur, magna ex parte interficere ſolet. Sed iuniores anteq̃ auris ſuppuretur, pereunt, niſi pus candidũ ab ea diffluens, ſecuritatem polliceatur, præſertim ubi ſalutarium quoq; ſignorũ aliquod apparet.

Neq; leuiter terreri debemus, ubi febricitanti fauces exulcerantur, cui ſi aliud quoq; ex malis ſignis quæ ſupra declarauimus, acceſſerit, in periculo hominem uerſari, denunctiandum eſt. Aph. 17.

## DE ANGINA.

Angina periculoſiſſima eſt, celeriterq́; enecat, ſi neq; in faucibus, neq; in ceruice quicq̃ apparet, ſi dolor uehemẽs eſt, ſi uix ſpiritus trahitur. Etenim eodem die iugulat, licet interdum uſq; ad ſecundum, aut tertium, aut etiam quartũ protrahitur. Præſ. Lib. 3. Aph. 18.

Quæ uero in reliquis quidem non minore dolore afficit, in faucibus uero tumorem, ruboremq́; excitat, ſuperiori non minus periculoſa eſt, ſed lõgius ſpatium habebis, præcipue ſi uehemens fuerit rubor. Aph. 19.

Sed tum præcipue malum prolongatur, quum non ſolum fauces, ſed ceruices

quoq; rubor occupat, maxime uero poteſt ſecunda ualetudo contingere, ſi rubor ſimul & ceruicem & pectus comprehendat, neq; ad interna reuertatur eryſipelas. Aph. 20.

Cum uero deletur eryſipelas, ſed non in decretorijs diebus, neq; in exteriores partes conuertitur tumor, neq; pus ſcreat æger, ſed leuis & à dolore immunis uidetur, id aut mortem ſignificat, aut dolorē reuerſum. Aph. 21.

Tutius eſt & tumorem & ruborem, in externas maxime partes conuerti. Si uero ad pulmonem conuerſio fiat, dementiā excitabit, quanq̄ nonnulli ſic affecti, magna ex parte ſuppurantur. Aph. 22.

Gurgulio ſi cum rubore tumeſcit, ſine periculo præcidi non poteſt, etenim inflammatio, ſanguiniſq́ profuſio ei accidit. Proinde ſatius eſt, alijs quibuſdā auxilijs uti, quibus extenuare poſſit. Quū uero pallidior efficitur, uua nominari ſolet, quod ſi tum una eius pars craſſa & rotūda, ſumma uero tenuis uideatur, intrepide præcidi debet. Satius tamen fuerit, antea q̄ manus adhibeatur, aluum uacuare ſi tempus id ita permittat, ut interim ſuf-

foca-

ſocatio hominem non prǫoccupet. Aph. 23.

Quibus febres neq; ſalutaribus notis apparentibus, neq; in diebus decretorijs conquieſcunt, ij reuerſionem timere debent. Aph. 24.

In longa febre, ex qua tamen æger liberari poteſt, ſi neq; ob inflammationem, neq; ob aliam ullam manifeſtam cauſſã, dolor infeſtat, aut tumidum aut doloroſum in articulis abſceſſũ expectare oportet, præcipue in imis partibus, maxime uero in his ætatibus, quæ triginta annos non exceſſerunt, eiuſmodi abſceſſus naſci conſueuerunt, idq; in tempore breuiori. Aph. 25. 26.

Non tamen expectandus eſt abſceſſus donec uigeſimam diem febris præterierit, is natu maioribus raro accidit, quãuis longo ſpatio duret febris. Aph. 27. 28.

Solet etiam continuis febribus abſceſſus ſuperuenire. Interpellata uero febris, eodemq; errabunda, in quartanam mutabitur, præcipue ſi autumnus proximus eſt. Aph. 29.

Atq; ut abſceſſus oriuntur in his, qui triginta annis minores ſunt, ita quartana e

os qui trigeſimum annum aut agunt aut exceſſerunt, præcipue corripit. Aph. 30.

Igitur ſcire licet, abſceſſus hyeme magis accidere, ſerius finiri, ſed nō facile reuerti. Aph. 31.

Si cuipiam in non letali febre, caput dolet, aut ante oculos obſcura quædam obuerſantur, aut cordis dolor accidit, is bilem euomet. Si uero horruerit, & inferiores præcordiorum partes frigore afficiantur, citius ad uomitionem properabit. Quòd ſi eo tempore quippiam aut biberit, aut æderit, id quoq; q̄ celerrime euomet. Aph. 32.

Quibus itaq; à primo protinus die dolor ſuperuenerit, ijs quarto & quinto die ingraueſcit, mox in ſeptimo liberantur. Sunt non pauci qui tertio die dolere incipiunt, quinto maxime moleſtantur, deinde nono uel undecimo tuti euadunt. Sed quos dolor quinto die uexare cœperit, reliqua ex proportione reſpondeát, ijs decimoquarto die finitur morbus. Hæc tum uiris, tum mulieribus, ſed in tertianis maxime contingere ſolent. Iunioribus uero cum in ijs ipſis, tum præcipue in continuis febribus, atq; tertianis ſynceris

ris Aphor.33·34.

Itaq; quibus in huiuſcemodi febre caput dolet, oculi uero obſcuras illas imagines non uident, ſed caligatione hæbetantur, aut ſplendẽtia quædam cernere ſe putãt, ac pro cordis dolore, in alterutra parte præcordia tenduntur, ac neq; dolor infeſtat, neq; inflammatio, ijs pro uomitu ſanguis è naribus profluet, id quod præcipue iunioribus accidit. Si uero trigeſimum annum uel agunt, uel ſuperauerũt, uomitum potius q̃ ſanguinis fluorem expectabimus. Aph.35.

Si pueris in acuta febre aluus nihil deijcit, neq; ſomnus accedit, ſed terrẽtur, flẽt, color mutatur, ut modo pallidus, modo liuidus, aut ruber efficiatur, neruorum diſtentio timeri debet. Vtpote quæ pueros qui ſeptimum annum nondum exceſſerunt, quàm promptiſſime inuadit. Grandiuſculos uero pueros atq; adultos, non adeo in febribus neruorum diſtentio prę hendit, niſi uehementis admodum malitiæ ſignum aliquod adfuerit, qualia uidelicet in phreneticis uidentur. Aph.36.

Ergo ex omnibus ſignis, ut de ſingulis morbis ſingula præſcripta ſunt, & mori=

turos,& eos qui ad bonam ualetudinem redire poterunt,ſiue pueri ſint, ſiue natu maiores,ſic conijcere oportet·Aph·37·

Atq; hæc de acutis morbis, atq; de ijs quæ ab eis naſcuntur,dixiſſe uelim. Aph. 39.

Cæterum ſi recte diſcernere uolueris; & morituros, & eos qui à periculo tuti ſunt,& quis morbus longo,& quis breuiori ſpatio finietur,diſce omnium ſignorum inter ſe collatorum uires(ut ſupra demonſtrauimus)accurate iudicare,tum aliorum,tũ pręcipue urinæ,ac ſputi,quum ſcilicet ſimul & pus & bilem æger ſcreat. Item superuenientium quoq; morborum impetum,ac temporum anni conditionem accurate obſeruare oportet·Aph.39. 40.

Poſtremo quod ad coniecturas, reliquaq; ſigna pertinet,haudquaq; uel ignorandum uel negligẽdum eſt, quod quouis anno,& quouis anni tempore, mala ſigna timorem,utilia uero bonam ſpem denunctiant. Etenim in Libya & Delo, atq; Scythia,propoſita iam ſigna,uera eſſe comprobauimus·Aph 41·42.

Vnde ſcire licet,in ijſdem terris, multo

to plura ꝗ̃ ſupra propoſuimus, illum faci le aſſequi poſſe, qui ea recte & iudicare et perpendere didicerit. Aph. 43.

Sed nullius morbi hic non deſcripti, nomen deſyderandum eſt. Nam omnes qui in dictis temporum ſpatijs morbi finiuntur, ijſdem quoq; inditijs diſcernuntur. Aph. 44.

Febris cholerica ſuperflua frigiditate ne repercutiatur, neq; quartana cum frigiditate humectante. Dam.

Magna ex parte febres à bile ſunt. Hip. Lib. de natura humana.

Continens febris à copioſiſſima atque meraciſſima bile fit, & perꝗ̃ breui iudicatur, quoniam corpus à uehementi calore, firmefactum, dum nullo temporis interuallo refrigeſcit, celeriter ſoluitur et abſumitur.

Quotidiana à ſecundum cõtinentem à largiſſima bile fit, & ex omnibus alijs citiſſime euincitur, longior eſt continente, quo pauciore ex bile uenit, tum quia corpus propter intermiſſionem requieſcit.

Tertiana diuturnior eſt ꝗ̃ quotidiana, quia à minore bile accedit, quanto plus in tertiana ꝗ̃ in quotidiana corpus requi

eſcit,

eſcit,tanto diuturnior eſt q̄ quotidiana·

Quartana diuturnior tertianis eſt,tum quia minus bilis habens æſtum afferentis,tum quia corpus amplius refrigeſcit, quod ab atra blie id ſuperantis materiæ proficiſcitur,ac difficulter euellitur.

Humor quartanæ febris occaſio, quia lentiſſimus eſt & glutinoſiſſimus, diuturnioresq́; quoq; ſedes conſtituit.

Homines autumnali potiſſimum tempore,& in ætate uiginti quinq; annorum uſq; ad quadrageſimum quintum annū, quæ ex omnibus ætatibus, maxime atra bile detinetur,corripiuntur quartanis.

Quibus ultra id tempus, citráue ea febris acceſſerit,pro comperto habere debes minime diuturnam fore.

Si febris aliquem inuadit,uetere nondum deiecto ſtercore, aut nuper accepto cibo,is ſiue laterū dolor infeſtet,ſiue non quieti permittendus eſt,donec ad imum uentrem cibus primo deſcenderit, ac ſub inde acetum mulſum in potu ſumat.Hip Lib·4.de ratione uictus in morbis acutis.

Cum uero grauitas ad lumbos uſq; deſcēderit,tum uel clyſterem adhibere, uel medicamento purgare conuenit, mox à pur-

purgatione uictum inſtituere.

Cum à uacuatione ſorbitiones exhi= bere uolueris, obſerua febrium acceſſio= nes, ut neq; cum adſunt, neq; cum uentu= ræ ſunt, eas ingeras, ſed cum iam finitæ ſunt, aut conquieuerunt, & cum maxime ab initio diſtare uidentur.

Pedibus frigore affectis, neq; ſorbitio= nem, neq; aliud quicq; dato, ſed maximũ te præſidiũ attuliſſe putato, ſi donec per= calefacti fuerint, expectaueris, deinde ſic utile quippiam exhibueris. Siquidem re= frigerati pedes, magna ex parte, affuturã febris acceſſionem ſignificant, quo tem= pore ſi cibum ingeſſeris, omnia maximo errore turbabis, ut quo non parum auxe= ris morbum.

Cuius in pedes calor rurſum deſcende rit, niſi ſudare uideatur æger, emiſſo pri= us lotio, ſorbitionem dare oportet.

Quibus per febres aluus aſſidue ſolu= tio eſt, ijs utilius eſt pedes calefacere, ce= romata adhibere, et faſcijs inuoluere, nec unq; committere, ut reliquo corpore ipſi ſint frigidiores, ubi uero calent, calorifi= cis opus non eſt, ſed ne refrigeſcant, cauẽ dum.

Fe=

Febricitantes non pauci, quibus aluus
liquida eſt,& mens turbata, floccos de-
cerpere,nares fodere, interrogati parum
reſpondere,neq; ſua ſponte quicquam a-
ptum dicere ſolent.

Quibus inter febrium initia, uertigi-
nes & capitis pulſationes accidunt, fue-
rintq; urinæ tenues, ijs febris impetus a-
pud iudicationem expectanda eſt, quòd
ſi tum delirent,nihil mirandum eſt.

Quibus incipiente morbo ,urina craſ-
ſa eſt,ac ueluti nubeculæ in ipſa ſuſpen-
duntur,eos purgare conuenit,ſi nihil ali-
ud obſtiterit.

Qui uero tenues urinas ab initio min-
gunt,medicamento purgandi nõ ſunt,
ſed clyſterem adhibendo tractandi ſic
ſunt. Vide inibi loco citato quædam pul
chra.

Quibus moleſtæ febres ſunt, & præcor
dia tenduntur,& in cubili eodem ſe poſi
tu continere nequeunt,atq; extremæ mẽ-
brorum partes infrigidantur. Hi accura-
ta obſeruatione indigent, & ad quietem
impellendi ſunt.

Inconſtantes febres ſinere oportet, do
nec in ordinem redigantur, deinde & ui

ctus

ctus rationem, & aptam curationem eis adhibere oportet.

Si hyemali febricula laboranti, lingua ſcabra ſit, animuſq́ deficit, quamq́ quietior febris uidetur, nihilominus tamen imperare debet inædia, ab aqua quoque & aqua mulſa arcendus eſt.

Cum terrificum quidpiam febribus ſuperuenerit, fuerintq́ ipſæ quintanæ, & aluus de repēte liquida, accedit animi defectio & taciturnitas, & neruorum diſtentio & ſingultus, his angor euenire ſolet ac ſudor circa muſtacem frontem & ceruicem, & ab occipitio, paulo poſtq́ inflati, moriuntur.

## DE TVBERCVLIS.

VBi fauces ægrotant, aut tubercula naſcuntur in corpore, excreationes inſpicere oportet. Nam ſi bilioſæ fuerint, corpus una ægrotat, ſi uero ſimiles ſanis, tutum eſt corpus nutrire.

Quibus febres longę, his tubercula uel labores in articulis fiunt. Lib. 4. Aph. 44.

Quibus tubercula, uel in articulis labores fiunt, ij pluribus utuntur cibis. Lib. 4. Aph. 45.

Ex inguium tumoribus febres omnes malæ

malæ, præter diarias. Lib.4. Aph.55.

Tumores articulorũ atq; dolores abſq; ulcere, & podagricos quoq; atq; conuulſa, frigida aqua large effuſa, leuat & extenuat, ſoluitq; doloré. Nam modicus torpor dolorem ſoluit. Lib.5. Aph.25.

Quibus tumores in ulceribus apparẽt, non conuelluntur maxime neq; inſaniunt. Verum hijs euaneſcentibus de repente quibuſdam in tergo conuulſiones & diſtentiones fiunt, quibuſdam aũt inſania, uel dolor laterum acutus uel ſuppuratio uel difficultates inteſtinorum ſi tumores ſunt rubicundi. Lib.5. Aph.65.

Si uulneribus fortibus & prauis tumor non appareat, ingens malum. Lib. 5. Aph. 66.

Latæ puſtulæ non admodũ pruriunt. Libro 6. Aph.9.

A tuberculi intus ruptione expolutio, uomitus aut animi defectio fit. Li.7. Aph.8.

Ab angina habito tumor & rubor in pectore ſuperueniens bonũ, extra enim uertitur morbus.

Tumoris cordis præſagia, uide titulo de prẹcordijs. Lib.7. Aph.50.

DE DOLORE.

QVicunq; dolentes parte aliqua corporis, omnino dolorem non ſentiunt, his mens ægrotat. Hip. Lib. 2. Aph. 6.

Duobus doloribus ſimul eundem locum infeſtantibus, uehementior alterum obſcurat. Lib. 2. Aph. 46.

Dum pus conficitur, dolores ac febres accidunt magis, quã non confecto. Lib. 2. Aph. 47.

In omni corpore ubi laborare cœperit, quies ſtatim laſſitudinem aufert. Lib. 2. Aph. 48.

Quibus tormina & circa umbilicum labores, & lumborum dolor, qui neq; à medicamẽto, neq; aliter ſoluitur, in aquã aut inter cutem ſiccam firmatur. Libro 4. Aph. 11.

Non febricitantibus ſi tormina acciderint, & genuum grauitas, & lumborum dolor. purgare inferius oportere ſignificat. Lib. 4. Aph. 20.

Super præcordia dolores, purgatione indigere per ſuperiora ſignificãt, quicũq; uero per inferiora moleſtant, inferiora. Li. 4. Aph. 18.

Quibuſcunq; reſurgẽtibus ex morbis,

ſi quid doluerit, hic fiunt abſceſſus. Libro 4. Aph. 32.

Sed & ſi ante morbũ aliqua parte doluerit, hic morbus firmatur. Eodem. Aph. 33.

Si à febre habito collum peruertitur, & uix poteſt deuorare ſine ullo tumore, letale. Eodem. Aph. 35.

In febribus circa uentriculum, & fortis æſtus, & cordis morſus, uel dolor, malũ. Eodem. Aph. 55.

In acutis febribus conuulſiones, & circa uiſcera dolores fortes, malum. Eodem Aph. 66.

Dolores uẽtris ſublimes, leuiores, qui uero non ſublimes, fortiores. Li. 6. Aph. 7.

Dolores qui ſunt in lateribus & pectoribus, atq; alijs partibus, ſi multum differant, perdiſcendum. Li. 6. Aph. 5.

Quibus dolor circa ilium fit abſq; inflammatione, his febris ſuperueniens, morbum ſoluit. Eod. Aph. 40.

Dolores podagrici, uere & autumno magna ex parte moriuntur. Eod. Aph. 31.

De dolore coxendicum, uide titulo Coxendix.

A uentris dolore diuturno, ſuppuratio

rio. Libro ſeptimo Aph. 22.

In forti dolore uentris, partium extremarum frigiditas, malum. Lib. 7. Aph. 26.

Lateris dolores, non abs re fuerit tepidis fomentis diſſoluere, uidelicet aqua calida in utre, uel ueſica, uel uaſculo æreo adhibita, uel ſpõgia mollis ex aqua calida repreſſa. Hip. de ratione uictus in morbis acutis.

Vbi fomentis dolor ſedatus non eſt, non diutius calorificis utẽdum eſt, ne uel pulmonem exiccent, uel ſuppurationem excitent.

Cum ad iugulum dolor extenditur, aut grauitas, uel brachium uel mammillam, aut partes quæ ſupra tranſuerſum ſeptum ſunt, infeſtat, interna cubiti uena ſecanda eſt.

At ſi eas partes quæ ſub tranſuerſo ſepto ſunt, dolor afficit, ſed ad iugulũ non aſcẽdit, tum uel nigro ueratro uel peplo aluus ducenda eſt.

Dolores qui ab itinere proueniunt, uel in lateribus, aut in dorſo, aut lumbis, aut coxis, ac ſi quis inter ſpirandum dolet, aliqua habita occaſione (nam ſæpenumero, lumborum, coxarumq; dolores ex cra

pula,& cibis inflantibus peruenire ſolét) itaq; qui huiuſmodi accidentibus affici-untur, urinam difficulter reddunt. Horũ enim cauſſa eſt iter, ac prætetea diſtillati-onum quoq; & raucedinis.

DE SPASMO.

QVi á conuulſione aut diſtentione neruorum tenetur, febre superueniente, liberatur. Lib.4. Aph.57.

In acutis febribus conuulſiones,& cir-ca uiſcera dolores fortes, malum. Eodẽ Aph.67.

In febribus ſpiritus offendens, malũ, conuulſionem enim ſignificat. Eodem. Aph.68.

In febribus ex ſomnis tumores, uel cõ-uulſiones, malum. Eodem. Aph.67.

Conuulſio ex helleboro, letalis. Lib.5. Aph.1.

Conuulſio ex uulnere letalis. Eodem. Aph.2.

Vbi ſanguis plurimus fluxerit, ſingul-tus aut conuulſio ſuperueniens, malum. Eodem. Aph.3.

Vbi ex ſuperflua purgatione conuul-ſio, aut ſingultus ſuperueniens, malum. Eodem. Aph.4.

Si ebrius quiſpiam repente obmutue-
rit, conuulſus moritur, niſi febre corripia
tur, aut ubi ad horam peruenerit, qua ſol
uuntur crapulæ, uocem recuperet. Eodē.
Aph. 5.

Quicunq; à diſtentione corripiuntur,
in quatuor diebus pereunt, ſi uero has ef
fugerint, ſani fiunt. Eodem. Aph. 6.

Frigidum, conuulſiones, diſtētiones,
liuores, rigores febriles. Eodem. Aph. 17.

Vbi in diſtentione ſiue ulceratione, iu
uene bene carnoſo, æſtate media, frigidę
aquæ multa perfuſio, calorem reuocat,
calor autem hæc ſoluit. Eodem. Aph. 21.

In fluxu muliebri ſi conuulſio & ani-
mi defectus aduenerit, malum. Eodem.
Aph. 56.

Quibus tumores in ulceribus apparēt,
non conuelluntur maxime, neq; inſani-
unt. Eodem. Aph. 65.

Verum his euaneſcentibus, de repente
quibuſdam à tergo conuulſiones & diſtē
tiones fiunt, quibuſdam autem inſania,
uel dolor laterum acutus, uel ſuppura-
tio, uel difficultas inteſtinorum, ſi tumo-
res ſunt rubicundi.

A quartanis capti non admodum à cō

uulſionibus capiuntur, ſi uero prius capiantur, & quartana ſuperuenerit, liberantur. Eodem. Aph. 70.

Conuulſio fit uel ex repletione, uel inanitione, ita uero & ſingultus. Li. 6. Aph. 39.

A profluuio ſanguinis deſipientia uel conuulſio, malum Lib. 7. Aph. 9.

Ab ileo, uomitus, ſingultus, deſipientia, ac conuulſio, malum. Eod. Aph. 10.

Ab æſculis fortibus conuulſio aut diſtentio, malum. Eodem Aph 13.

In uigilia conuulſio uel deſipientia. Eodem Aph. 18.

Ex medicamenti potione conuulſio, letalis eſt. Eodem Aph. 25.

Mulieri uero gerenti ſi tenſio ſuperuenerit, facit abortum. Eodem Aph 27.

## DE SOMNO ET VIGILIA.

SOmnus, uigiliæ, utraq; modum excedentia, morbus Li. 7. Aph 68.

Quod ad ſomni rationem pertinet, quemadmodum ſani etiam ſolent, interdiu uigilare, noctu uero dormire oportet, in qua conſuetudine ſi quis aberrauerit, peior erit ſomnus, qui inter quartá horam

tam & noctem, ꝙ qui matutino tempo-re ad quartam. Peſſimum tamen eſt, ſi ſomnus neq; noctu, neq; interdiu accedit, id enim uel ob dolorem, laborem'q; accidit, uel delirium futurum ſignificat. Præſ. Lib. 1. Aph. 11. & 12.

## DE SVPPVRATIONE.

DE ſuppuratione uide plura titulo de abſceſſibus & tumoribus. Item titulo de præcordijs.

Suppurationum obſeruatio ſic accipienda eſt: Earum enim quæ in exteriorem partem erumpunt, optimæ ſunt paruæ, admodum eminentes, atq; in acutum faſtigiatæ, peſſimæ uero ſunt quę maximę, quæq; planiſſimæ ſunt. Præſ. Li. 1. Aph. 44.

Sed illarum quæ intus excitantur, optimæ cenſentur, quæ exteriorem cutem nō decolorant, & contrahuntur, nulloq; dolore cruciant, atq; ubi exterioris cutis color, maxime uniformis, Præſ. Lib. 1. Aph. 45.

Pus illud optimum eſt, quod albū & leue eſt, & haudquaꝗ fœtet, quod uero ab hoc uariat, peſſimū eſt. Eodem. Aph. 46.

Vide ſupra de pure & ſputo.

Dolores in dictis ſedibus, quos neque ſputi purgatio, neq; ſoluta aluus, neque ſanguinis miſſio, neq; medicamentum, neq; uictus ratio, ſedare potuit, ſcire licet, eos ad ſuppurationem tendere. Præſ. Li. 2. Aph. 52.

Suppuratio erumpens, ſputo adhuc bilioſo apparente (ſiue bilis ſeorſum, ſiue una cum pure expuatur, admodum perniacioſa eſt, præſertim ſi à die morbi ſeptimo incœperit, pus ab huiuſmodi ſputo pure procedere. Aph. 53. 54. 55.

Itaq; timendum eſt, ei qui ſic expuit, ne decimoquarto die moriatur, niſi ſalutiferum aliquod iudicium interea ſuperueniat. Conſule titulum de uitijs pulmonis.

Porro bonæ ſpei ſigna ſunt, ſi æger bene ſuſtinet morbum, ſi facile ſpirat, ſi dolor leuatus eſt, ſi ſine difficultate ſcreat, ſi corpus æqualiter molle & calidum eſt, neq; ſitis infeſtet, præterea urina, alui ſedimina, ſomni, ſudores, ut de ſingulis ſupra demonſtrauimus, probe reſpondét, quorum ſi nullum deeſt, haudquaquàm ęger morietur. Contra ſi intollerabilis eſt morbus, ſi halitus magnus & frequens

eſt,

eſt, neq; mitigatus eſt dolor, uix ſputũ redditur, ſitis uehementer cruciat, febris inæqualiter corpus afficit, ſi deniq; uenter & latera uehementer calet, fronte, manus et pedibus frigore affectus, atq; urina & alui excrementa, & ſomni & ſudores, ex ſupra poſitis notis periculum minitantur. Quicquid horum iam dicto ſputo superuenerit, aut 9. aut 11. die ægrum moriturũ ſignificat, ita ut 14 non queat attingere. Huiuſmodi coniectura letale ſputum cõſequi oportet, ꝙ uidelicet ad 14. diem ægrum uiuere non permittit. Ex prædictis itaq; ſigna tum bona tum mala propendere, ac ſubinde futura prædicere oportet. Aph. 56.

Reliquæ autem uomicę magna ex parte rumpuntur, ſed aliæ in die 20. aliæ 30. aliæ 40 nonnullæ ad 60. uſq; peruẽniũt. Aph. 57.

Proinde ſuppurationis initium obſeruare oportet, quod ab eo die putandum eſt, quo primum quis aut febricitauit, aut inhorruit, aut pro dolore grauitatem, illius partis ſenſit, quam antea dolor infeſtabat. Nam talia in ſuppurationum initio incidere ſolẽt, ab hoc igitur tempore, uſq;

ad iam definita ſpacia uomicarum erup-tiones expectandæ ſunt. Aph.58.

An uero alteram duntaxat partem uomica occupet, ex his ferè notis perpende-re licet, ſi alterum latus dolore cruciatur, & altero calidius eſt. Atq; ubi partem ſanam aliquis decubuit, interrogatus oneſtari eam, ueluti ex pondere aliquo reſpõ-deat. Aph.59.

Suppuratos omnes hoc pacto depre-hendes, ſi febris non dimittit, eaq; inter-diu lenior eſt, noctu increſcit, multus ſu-dor oritur, tuſſiendi cupiditas eſt, ſed ni-hil pene excreatur, oculi cauantur, malæ rubent, ungues in manibus, digiti maxi-meq; ſummi calent, pedes tument, cibi faſtidium eſt, puſtulæ toto corpore naſcun-tur. Atq; diuturnarum uomicarum hę notæ ſunt, quibus haud dubia fides adhibẽ-da eſt. Sed quo breuiori ſpatio duraturæ ſint, ex iiſdẽ notis deprehendũtur, itaque ex his quoq; quæ in principio adparere ſolent, ſimul ſi ſpiritus maiori cum diffi-cultate trahitur. Aph.60.61.

Celeriorem, tardiorẽmue eruptionẽ ita conijcies, ſi protinus ab initio tuſſis fu-it, & ſpiritus difficultas, atq; ſputi excre-tio

tio, uomica inter 20. diem erumpit. Cæteraq; illi ex proportione reſpondeant, ſerius ruptura ſequetur, quo tempore & dolorem, & ſpirandi difficultatem minui, atq; ſputi ſcreatum increſcere, ante uidelicet puris eruptionem neceſſe. Aph. 62.

Cæterum à periculo tuti ſunt, quibus eodem die, quo eruptio facta eſt, febris conquieuit, deſieruntq; urgere, cibi faſtidium & ſitis, aluus exigit quædam & figurata reddit, pus album, leue, ſimplici colore, & ſine pituita eſt, atq; ſine dolore leni tuſſicula eijcitur. Hæ ſunt notæ perquàm ſalubres, quæ celeriter liberant hominem, ab ijs ſecuritatem quoq; pollicētur, quæ ad ipſam proxime accedunt. At certum periculum eſt, ſi febris non quieuit, aut pus quietem repetit. Item, ſi ſitis eſt, ſi cibi faſtidium, ſi uenter liquidus, ſi pus eſt liuidum, uel pallidum, ſi nihil niſi ſpumantem pituitam æger ſcreat. Itaq; ſeruari non poſſunt, quibus omnia hæc accidunt. Quibus uero non omnia, alij quidem moriuntur, alij uero poſt longa temporum interualla ſani euadunt. Ex omnibus autem iam propoſitis, coniecturis, reliquarum quoq; affectionū ſigna conſyderare oportet.

# ALEXANDRI BENEDICTI MEDICI doctiſſimi, Sententiæ medicinales, prioribus Hippocratis Aphoriſmis reſpondentes.

## DE MEDICO ET EIVS officio: Item de ratione medicaminum miniſtrandorum, & de ægrotis quædam.

BONI primũ Medici eſt, præter ea quę religioni neceſſaria ſunt, nõ multos ægros ſuſcipere. Varijs enim morbis & mẽs opprimitur, & corpus fatigatione continua languet.

2 Prudẽtis medici eſt, inſanabiles ac deſperatos morbos non curare, ne hominẽ occidiſſe, qui ſorte ſua interiturus erat, exiſtimetur.

3 Dubias ualetudines, ſine certa tamen deſperatione, ſuſcipias, neceſſarijs tamẽ

in

indicare oportet rem in difficili eſſe, ali-
oquin uel artem malo uinci, uel te errasſ-
ſe inditio ſit.

4 Satius eſt tamen omnibus in rebus an
ceps auxilium experiri q̄ nullum, pluri-
morum ſententia eſt.

5 Vehementi malo, uehementi omni-
no auxilio opus eſt.

6 Succurrendum ſemper parti maxime
laboranti.

7 Cauendum eſt in ſecūda ualetudine,
ne aduerſæ auxilia conſumantur.

8 Occurſurus morbo, nullus eſt qui ori-
ginem ignorat.

9 Hiſtrionis eſt exigui momenti morbū
attollere, quò plus ex inde præſtitiſſe ui-
deatur.

10 Morbus quandoq; qui per ſe exiguus
eſt, maior curantis negligentia fieri ſolet.

11 Non omnibus eadem remedia conue
niunt, acciditq́ ut quos ratio non reſtitu-
it, temeritas quandoq; adiuuat.

12 Medici officium eſt, ut tute, ut celeri-
ter, ut iucunde curet, uerum periculoſam
eſſe conſtat nimiam feſtinationem & uo
luptatem.

13 Peregrina remedia ſemper quęrere, & Nota

præ-

præcioſa duntaxat, impudentis eſt oſtentationis.

14 Catharticis uti uenenati periculoſum eſt, unde ad teſtamentorum inſidias ſæpe oboritur occaſio, in qua re & officinarum fides neceſſaria eſt.

15 Aegrotantis proprietates noſſe oportet, cuiq́ amica, quæue inimica ſint, intelligere.

16 Remedia naturæ munera non oſtendere, & in arcanis habere, nō decet, perfidiæ atq; auaritiæ crimine manifeſto.

17 Alienam miſeriam pudoris ſotiam indicare nefas eſt.

18 Magni medici ſe quādoq; erraſſe ſimplitius confitentur, ne qui eodem errore, quo illi decepti ſunt, decipiantur.

19 Cętera pręſidia ſuperat ægri gaudiū, atq; animi ſecuritas, & ſi in pudore medicina quandoq; inueniatur.

20 Aeger obſequēs eſſe debet domeſticis, medicoq; pręcipue, qui falli nullo modo debet. Occulta enim intemperantia ſoli ægro periculum imminere certū eſt.

21 Nec cuiuis pręſidium profitenti, ualitudinis deſyderio ſtatim credatur, ſolis medicis occidendi impunitate relicta.

Car

22 Carnificis eſt, pendentibus fatis, et inter ipſos cruciatus, ingens prætium expoſcere, uel morbum protrahere, uel duntaxat euomere, ubi extrahere omnino opus eſt.

23 Barbari benemerentibus gratiam nō referunt, & ualetudine conflictātes multa promittunt, ad uitam exinde reuocati, conuitijs inuicem proſequuntur.

24 Famoſi ueneni uires, aut abortiēdi modum, uel quæ conceptum inhibeant, indicare ſcelus eſt.

25 Dubię ualetudini aſſidere medicus debet, & uenarum pulſu uires ſæpe perquirere, cæteraſq; notas inſpicere, qui & ſydealis ſcientię haud ignarus ſit, neceſſe eſt.

26 Ergo quæ bona ſunt auguria denunctiare debet, ſi quid tamen mali minatur infirmitas, neceſſarijs tantum ſignificare fas ſit.

27 Simplitium effectus teneri ſumma cura debet, ex quibus compoſita & nobilitatis & plebis auxilia, inuentū etiam facilia habentur.

28 Periti medici, manum non protinus, ut ueniunt, apprehendunt, ſed primum hilari uultu reſident, ſermone

leni

leni ſolicitudinem ſubmouent, nam & medici conſpectus, ac alia multa de facili uenarum rationem turbant.

29 A recta ratione nunq̄ diſcedendũ eſt, & ſi nihil prodeſſe uideatur, ſic ab incœptis pariter peruerſis ſtatim, & ſi nihil obfuiſſe cernantur.

30 Varijs auxilijs morbus expugnandus eſt, alioquin conſuetudo naturam facit.

31 Prodeſt deniq; ęgro in medẽdo, ſpesq́; fideſq́;.

## DE CVRA MORBORVM in generali, deq́; conferentibus & nocentibus. Cap. 2.

Morborum contrariæ qualitates, cõtrarijs expelluntur.

2 Intemperantem morbi qualitatem uehementi, & mediocrem mediocri auxilio curare debemus.

3 Vehementiora medicamenta, mẽbris remotioribus conueniunt.

4 Superiora inteſtina ſuperne, inferiora iniecto clyſtere, commode ſanantur.

5 Validiſſima cauſſa eſt, quæ morbũ habitudini corporis contrarium excitat.

6 Vbi natura repugnat, parum medicina prodeſt.

7 In acutis morbis ægre proficitur, nam & profectus omnis tempore expletur.

8 Ex multa fame nimia ſatietas, aut ex multa ſacietate fames damnatur.

9 Ex nimio quoq; labore ſubitum otiũ, aut ex nimio otio ſubitus labor ſine periculo non eſt.

10 Cum quis mutare aliquid uolet, paulatim aſſueſcere debet.

11 Ex itinere fatigatis, uel laborantibus, aut à balneo ueniẽtibus, frigidi potus pernitioſiſſimi ſunt.

12 Ex tempeſtatibus peſſimæ ſunt, quę uariãt maxime, obiter autumnus plurimos opprimit.

13 Corpora æſtate relaxata ſubito frigore excipiuntur.

14 Senectutem longiores morbi exercẽt, acutis adoleſcentia implicatur.

15 Si quis plenior, ſpecioſiorq́; ac colora‐tior ſupra conſuetudinem factus eſt, ſine ſuſpitione eſſe non debet, quandoquidẽ neq; in eodem habitu ſubſiſtere, neq; ul‐tra progredi poteſt, ferè igitur ruina qua‐dam reuoluetur.

16 In omnibus corporis affectibus longior diſtantia tutiorem curationem pro‐

mittit. Si uero materia omnis effuſa eſt, propinquitas præfertur.

17 Priuſq; in diuerſum materiam abducas, membri dolores ſedato. Cauendúq; ne ad principalia uiſcera eadem ſuperferatur.

18 Principalia corporis membra medicamentis de facili læduntur.

19 Cerebro ac iecori frigidiora non ſunt, non ſine metu imponuntur, quæ & neruos offendunt.

20 In periculoſis morbis in quibus uiriū deliquium timemus, dilatis auxilijs à uehementiori cathartico incipiendum eſt, aliàs leniori utendum eſt.

21 Locorum tranſitus ex graui in ſalubrē utilis eſt.

22 Media hyeme aut æſtate aluum trahere, aut ſecare, aut adurere, malum eſt.

23 Maxima in medendo difficultas eſt, cum cauſſa, eiuſq; affectus contraria auxilia requirant, ut colicis cruciatibus contingit.

24 Senibus tremulis nihil proſunt medicamenta.

25 Scamonium medicinas omnes exacuit, quod & ſtomacho inimicum perhibetur.

Frige

26 Frigefaciendi & calefaciendi, par tẽpus eſt. In illo metus, in hoc audacia maior, calidis enim natura gaudet.

27 Humectandi atq; exiccandi uires pari motu feruntur, uerum hoc uelotius euenit.

28 Natura caliditas humido temperato gaudet.

29 Sponte exiccare corpora non mirũ eſt, calefieri uero naturale non eſt.

30 Vehementior caliditas materiam in lapidem conuertit, ſi corporis meatus introcluſi ſunt.

31 Habitum corporis frigidum calefieri haud facile eſt, ſi iam conſtiterit, ſi increſcit q̃ facillime.

32 Frigida rurſus habitudo initio celerius cedit calidis, q̃ caliga frigidis.

33 Calida corpora ægre frigefiunt, ægrius uero frigidiora calidis uincuntur.

34 Immodicus calor ſiccitatem contrahit, frigus uero humiditatem.

35 Ocium ac balneorũ uſus corpus humidum reddit, quod & uinum modice epotum efficit.

36 Immodica corporis frigiditas, mortis imaginem refert.

## DE SANGVINE ET ſanguinis detractione, quibuſque conueniat, & quo potiſſimum tempore. Cap. 3.

TEnuioribus magis ſanguis, plenioribus uero caro magis abundat.

2 Tenuiores detractionem ſanguinis facilius ſuſtinent, pinguiores læduntur.

3 Vires corporis magis ex uenis quàm ex ipſa ſpecie dignoſcuntur.

4 Mittere ſanguinem uſum habenti expeditiſſimum eſt, ignaro uero difficillimum.

5 Ex omni humore nihil ſanguinis dimiſſione nocentius.

6 Arteria inciſa neque coit, neque ſaneſcit, ut ſanguis uehementer erumpat, efficit.

7 Ex larga ſanguinis detractione, mali generantur humores.

8 Miſſio ſanguinis adeo non prodeſt, ut etiam interdum maxime noceat.

9 Eadem ſi quàm largiſſima ſit, aluum ſæpius ſiſtit.

10 Intereſt non quæ ætas ſit, neque quod in utero geratur, ſed quæ uires ſint, imbecillo enim cuique male ſanguis emittitur.

11 Integra atque exigua ſanguinis materia teli-

reliquis uiciatis humoribus, male demitur.

12 Veniſex qui partius aut timide uenā incidit uires tuetur, uerum quandoq; craſſior materia intus retinetur.

13 Qui confidentius latum uulnus infert, ſerius id ſaneſcit, ucelociuſq; animę defectum inducit, uerum magis expurgat.

14 Latior ſcapellus hyeme, æſtate acutior eſſe debet.

15 Supinis uena incidenda eſt, ne anima deficiat.

16 In febre ardenti, detractio ſanguinis quandoq; obeſt.

17 In febribus quibus neruorum contractiones accidunt, à ſanguinis detractione abſtinendum eſt, ut ſi neceſſaria alioquin uideatur.

18 In periodica febre modicus demitur ſanguis, ſi rigores præſertim uehementiſſimi ſunt.

19 Bilis furor atq; pituitæ cruditas importunam ſanguinis miſſionem ſequitur.

20 Certum tempus non circumſcribit ſanguinis dimiſſio, obiter ruptis, conuulſis, ex alto delapſis, qui & ſi paulo ante ci

bum ſumpſerint, protinus demenda materia eſt.

21 Adulescentibus exiguum ſanguinis mitti cõuenit, neq; nulli poſt lõgos morbos, aut à crapula.

22 Ventriculo aluoq; aſtricta, metus eſt ſanguinem extrahere.

23 Faſtiditis tædium abſtergendum eſt uenisex, priusq; uenã incidas, ex qua largius profluuium, & ſi rarum eſt, quotidiana extractione, quæ modica ſit, nocentius eſt.

24 Hyeme auſtro perflante ſanguis recte mittitur.

25 Tardius ſaneſcit ictus, quo quis magis dolet.

26 Poſt ſanguinis dimiſſionẽ cibo modico utendum eſt, in qua uehemẽter deligare, & præteritos ictus non uitari, importunum eſt.

27 Obæſis deligenda brachia ſunt uehementer, macris laxius.

28 Profluente ſanguine raro, ſuppreſſo frequenter anima deficit, niſi largius educatur.

De

## DE MINISTRATIONE pharmacorum. De aluo ducenda, & circunſtantijs, quæ requiruntur ad eam rem. Cap. 4.

HVmecta atq; calida corpora, alui deiectionem haud difficulter ferunt.

2 Aluus cita macris, tenuibus, mébrisq; mollibus nocet.

3 Bilioſis alui deiectio grauis eſt, ac per parce uiuentibus.

4 importuna deiectio, neruorum contractionem minatur.

5 Pueris, ſenibusq; temerarium eſt aluũ ſoluere.

6 Hyeme ac æſtate ægre uenter ſoluit.

7 Inſuetis plurimum obeſt deiectio.

8 Materiæ motus modum indicat ſtomachi namq; faſtidium uomitum ſuadet, uentris punctiones alui ductionem inuitant.

9 Membris certi meatus ſunt, ueſica, iecoris gibbo cauo inteſtina reſpondent.

10 Immodica exanitio quàm plurimum malas febres excitat.

11 Ventre à fluxu præmature confirmato, ac morbo aliquo ob id ſuperueniente

aluum concitare rurſus oportet.

12 Materia quæ unius naturæ, in uentre facillime continetur, atq; perficitur, quæ uero uaria ſunt, uario uentris motu contrahuntur.

13 Qui recta uictus ratione uixerit, nec uomitu, nec alui ductione æget.

14 Aſſumpta ſæpius medicamenta ubi ſanguinis miſſio neceſſaria fit, febres faciunt, ob id prępoſtere uſu ſunt, modo qui à prima purgatione non quieuerunt.

15 Bilioſis, uomitus, catharticũq;, mox otium prodeſt.

Cum bilem ruffam trahimus, & ſcamonio opus eſt, quod myrabolanum dicunt, addimus, ut uirus auferat.

17 Ventrem deijcere, ubi inteſtina apoſtemata ſunt, damnatur.

18 Febre correptis aluus ſoluta ſalubrior eſt uomitu.

19 In uentris fluore, cum incocta profluunt, uomitus nocet.

20 Ventrem aut uomitum concitare, cui corpus integrum eſt, uertigines, uentriſq; dolores facit, maleq; materia ſoluitur.

21 In uomitu aut alui deiectione uno ex ina

inanito humore & alio incipiente, corpus recte purgari, indicium eſt.
22 A purgationibus ſomnus plenior, ægrum magnifice exoneraſſe oſtendit.
23 Sitis quoq; uehementior, bene purgati infirmi nota eſt.
24 Quæ ex naribus medicamine extrahuntur, hydropiſes extenuant.
25 Torti, hoc eſt, inexplanatæ linguæ, uehementiora medicamenta male ſuſtinent.
26 Qui catharticis non aſſueuere, ijs uti non debent, neq; ſtomacho defecti, quibuſq; humor lentus eſt & tenax.
27 Si præcordia tenta ſunt, cathartica aſſumpta nocent.
28 Inflammatis humoribus, oppilatiſq; meatibus, medicamenta non dantur, donec corrigantur uitia.
29 Qui ex ſtagno aquam bibunt, quiq; liene non laborant, medicamento facilius ferunt.
30 Ante uentris purgationem ſomnus prodeſt, uires enim intendit.
31 Ab imbecillibus catharticis uigiliæ præferuntur, ſomno enim medicaminis uis remittitur.

32 Epoto medicamento exercitationes malæ ſunt.

33 Qui calidæ atq; infirmæ habitudinis ſunt, crudiq́; ſtomacho, ptiſana rhoiton ijs conuenit, mox medicamento tutius utuntur.

34 Cathartico ſyrio ardente febres affe-runt, à quarum potu comedere aut bibe-re ſiue dormire, niſi exacto opere nocet, aliàs uentrem contrahunt.

35 Pillulæ cum ijs quę eiuſdem effectus ſunt, cogi debent.

36 Oris reſolutio aluo cita ſanatur.

37 Duobus uti catharticis in die, temera-rium eſt.

38 Longinquior materia difficilius at-trahitur.

39 Salis plurimus uſus, ante catharticũ nocet.

40 Senectuti ac quibus infirma ilia ſũt, deiectiones obſunt, quæ interdum aluo cita tentantur.

41 Iecoris dolor, qui à ſanguinis dimiſſi one aut uentris purgationibus accidit, a-qua calida pota ſanatur.

42 Quotidiano medicamentorum po tu natura uitiatur, obiter qui ijs aſſueuere

quàm

quàm citiſſime periclitari certum eſt.

43 Siccæ habitudinis corpora acriori medicamento læduntur.

44 Si aluus leui medicamento nõ mollitur, quies indicanda eſt.

45 Vbi ſanguinis miſſio ſola mederi poteſt, medicamentum ſuper addere malũ eſt, inflammationes enim facit.

46 Pillulæ uetuſtate induratæ, peſſimę ſunt, nec nimium recentes laudantur.

## DE RATIONE VICTVS ſanorum & ægrotorum.

CIbi, potuſq́; craſſæ materiæ damnantur, uias enim corporis intercludũt.

2 Nihil ægrotantibus utilius tempeſtiua abſtinentia, quæ tempore & modo et genere queritur.

3 Aeger neq; ſuperuacua materia onerãdus eſt, neq; imbecillitate perdendus.

4 Cibus ſimplex laudatur, ſapores et cõdimenta peruitioſa.

5 Plurimo cibo indiget qui increſcit.

6 Qui nimio cibo utuntur, corpora nõ augent.

7 Valentiſſimæ materiæ cibis uti debẽt athlethæ, agricolæq́;.

8 Valetudo ignota, aut inedia uincitur, indicatur,

9 Omnis curatio contrarijs preſidijs curatur, ueruntamen abſtinentia, uictuſq; ratio, ſine periculo plærumq; ſanat.

10 A fame, cibo plurimo ac malo uti pernitioſum eſt.

11 Quo acutiores morbi ſunt, eò minus cibo indigent.

12 Si quis in acuta ualetudine linquit animus, ab inbecillitate refecimus, nec largis quidem.

13 Quæ genitale ſemen augent, lactis quoq; abundantiam faciunt, quæ e diuerſo genituram extinguunt, huius quoque inhibent copiam.

## DE FEBRIVM CVRAtione.

IN febre ardenti frigidum dari largius uetamus, ſi ſtomachus imbecillus eſt.

2 Si inter morbi initia materia nimium feruet, ſtatim ducenda, alioquin digerenda.

3 Inſtantibus quartanis theriaca preclare medetur.

4 Inſtantibus quartanis nunq; neruorũ contractiones fiunt, in quibus & diauera trum datur, & in tertianis diaſcamoniũ, circuitus enim ſoluunt.

Pa-

5 Panis frigida madens, febricitantibus appetentiam excitat.

6 In acutis febribus uehementes dolores periculum minantur.

7 Alba urina in cauſo de, dolorem capitis nunciat.

8 Cauſodem ſubitus horror reſoluit.

9 Senectutem ardens febris raro ſolet offendere, alàs pernitioſa.

10 Ipſo acceſſionis die, nihil præter uomitum tentandum.

11 In febribus offerẽdus cibus nõ eſt, nã quod non integro corpori infertur, de facili corrumpitur, inter omnia tamen tempora, inclinante febre minus damnatur.

12 Inſtante morbo ſatius eſt q̃ incipiente, omni tamen tempore defectis ſubueniendum eſt.

## DE MORBIS QVI CApiti accidunt, interni & externi, & de cura eorundem.

CApillorum defluuium quod ætate contingit, nunq̃ reſtituitur.

2 Seruari non poteſt cui cerebrum, mẽbranæq́ inciſæ ſunt.

3 Percuſſo cerebro uel membrana, bilioſus uomitus inſequitur, ac nerui diſtenduntur.

Vrina

4 Vrina ueterinariæ ſimilis, præteritos capitis dolores oſtendit.

5 Frontis dolore, quod ob ſimilitudiné ouum dicitur, in faciem dormiunt.

6 Ventrem mollire, capitis doloribus utile eſt.

7 Immodicis uigilijs tuſſis intercedés, mortifera eſt.

8 Obliuio quæ ſanis ſponte prouenit, comitialem morbum, aut lethargiam, aut apoplexiam denunctiat.

9 Vlcera quæ inſanientibus accidunt, peſtifera ſunt.

10 Vertiginoſis ſenibus apoplexia facile imminet.

11 Si in comitiali morbo mens læſa eſt, aut neruorum facta reſolutio, ualetudini ſpes non eſt.

12 Morbus comitialis ante pubertatem ortus, quandoq; finitur.

13 Apoplexiam prænunctiant nocturnæ ſuppreſſiones, quæ & morbum comitialem, uel inſaniam præſagiunt.

14 Dementia ſæpe in comitialem morbum uertitur, aut contra.

15 Morbus comitialis frequens, exitialis eſt, quem neruorum contractiones antecedunt,

Me

16 Melancholicis ſanguinem frequen-ter dimitti, apoplexiam uel ſimilem morbum portendit.

17 Apoplexię ſi febris accedit, ubi abſceſſus cauſſa non fuerit, triduo æger inſepultus eſſe debet, ꝗ decretorio quandoq; tépore morbus finitur.

18 Neruorum uitia tolluntur plurima, ſi occipitio ſtudes.

19 Ebrietas neruis nocet, & conceptum inhibet.

20 Qui colicis ſæpe laborant, ij neruorum reſolutionem incurrunt.

21 Infantium urina uiridis, neruorũ cõtractionem uel reſolutionem prædicit.

22 In uulnere neruorum contractiones exitiales ſunt, & quæ ex areſaciente cauſa oriuntur.

23 Frigida ęſtate ſuperiniecta membris, frigidam neruorum materiam diſcutit, ſi uires adſunt.

24 Cum ſtupent crebro membra, exitiũ denunctiat.

25 Cum membri ſtupor perſeuerat, neruorum uitia præſagit.

26 Timere ex ſomno, mali morbi indicium eſt.

Som-

27 Somnus ſtatim à crapula, aurium uitijs nocet.

28 Diſtillationes frigidæ febre maturantur, calidæ accenduntur.

29 Quibus capitis diſtillationes fluunt, raro pleuretici fiunt.

30 Auſtris caput humorē ſæpe recipit, quod mox aquilone ſine intermiſſione diſtillat.

31 Sternutamenta partum adiuuant, conceptum uero expellunt.

32 Vbi ſternutamenta fruſtra tentantur, uires corporis inualidæ ſunt.

## DE VITIIS AVRIVM & oculorū, deque cura eorundem. Cap. 8.

SI cum oculorum uitijs capitis dolores ſunt, hi prius diſcutiendi, mox oculorum malis mederi oportet.

2 Nihil oculis coitu nocentius.

3 Crapula nocet oculis, magiſque, qui à cibo ſtatim dormiunt.

4 Supinus ſomnus, ac uigiliæ moderatæ oculis proſunt.

5 Sanguinis frequens dimiſſio, oculorum claritati obeſt.

6 In epiphoris oculorum, uel eorum uitijs omnibus, caput oleo perungere, aut auribus inſtillare, pernitioſum eſt.

Lip-

7 Lippienti medetur deiectio.

8 Frequentiores in cibo lactucæ, claritati oculorum nocent.

9 Surditati ueteri difficulter ſuccurritur.

10 Surdi quandoq; fiunt, ubi bilioſus fluxus uentris ſubſtiterit.

11 Surditati aurium nihil bilioſa aluo utilius.

12 Faucium tumoribus ſub lingua uena utiliter ſecatur.

13 Angina in peripneumoniam quandoq;, uel in præcordia tendit, ac perimit.

14 Qui anginæ morbo intereũt, ijs prius nerui contrahuntur.

15 Aurium purulentia importune perſanat, uertigines oculorum excitantur, redeunte haud dubie tolluntur.

## DE PASSIONIBUS PEctoris, & cordis, & præcordiorum, & eorum cura, Cap. 9.

COr nullo abſceſſu afficitur, quod ſi diu mala habitudine adfligatur, nũquàm ſanatur.

2 Defecti uino ſtatim recreantur.

3 Vinum dilutius pueris, ſenibus mera-

tius conuenit.

4 Crotum, cordis uitalibus medicamẽtorum uires defert, ſtecas uero capiti.

5 Febres putridæ cordis caliditatem & humiditatem arguunt.

6 Materia quæ peripneumoniam aut pleureſim facit, ſi ad cordis uitalia pertinet, protinus necat.

7 Humorum omnium ſuperuacua exinanitio, cordis uires offendit.

8 Corde ſpõte frigefacto aut calefacto, arefactoq́; priſis certam originem habet.

9 Cor humectum febre putrida ſępe periclitatur.

10 Circa præcordia ortis ulceribus, ſanguis ex ſiniſtra nare profluens, mortem ſubitam prænunctiat.

11 Immodicus cordis tremor, animi prius defectum, mox interitum adfert.

12 In cordis affectibus auferre cauſſam, ac quæ hilaritatem cuſtodiunt, addere oportet.

13 Odorata omnia cordi conueniunt, fœdiq́; odoris locorum cruciatibus.

14 Animi defectio, ſi perſeuerat, inſanabilis eſt.

15 Concitatæ uomitiones, animæ extinctæ

ctæ ſpeciem reuocāt, niſi ſudore delique rit, in quo caſu etiam extremorum liga=turæ obſunt.

16 Aſthma ſenibus difficilius eſt.

17 In laterum doloribus, ſi materia in 14. diebus non excreatur, uomica obori=tur, quæ rurſus ſi 40. diebus non purga=tur tabes ſubit.

18 Prægnantibus, ſenibusq́ꝫ, laterum do lores letales ſunt.

19 Aquilonibus, uere pleuretici fiunt, æ=ſtate item ac autumno pluuioſo.

20 Pleureſis quæ exercitationibus ſan=guinis non leuatur, ſupputationes interi=ores, ut diximus, aut exitium portendit.

21 Pulſus arteriæ diſtenſus, pleuretico periculum minatur, præſertim ſi uires nō ſunt.

22 Saliua nigra in 8 die incipiens, pleure ticis malum præſagium indicat.

23 Pthiſicis autumnus contrarius.

24 Infantes à pthiſi facilius liberantur.

25 Ptiſicis puſtula in ſpatulis orta fabæ magnitudine, ultra 52. diem mortem mi natur.

26 Pleureticis nihil utilius ſanguinis miſſione, quibus medicinæ ſtupefacien=

tes plurimum nocent.

27 Pleuretici qui conualuere, ſi rurſus errore ſeu temeritate reciderint, haud dubio moriuntur.

## DE PASSIONIBVS STOmachi, ſingultibus, fame, ſiti, uomitu, dolore, & id genus alijs. Cap. 10.

CAlliditas ſtomachi non naturalis, lactuca commanducata conciliatur.

2 Stomacho æquales medicinæ propitiæ ſunt.

3 Inexpertis aut dubijs leues primo uomitiones dari debent.

4 Exercitationes ante uomitum laudantur.

5 Ad uomitiones ſi uinum datur, copioſius bibi debet.

6 Bilioſi æſtate & meridie præſertim, tuto uomunt.

7 Cholera utiliter macris per uomitiones effunditur.

8 Qui leuamentum non pręſtat uomitus, inutilis eſt.

9 Crebrę uomitiones grauidis auribus, dentibus, oculisq; nocent.

10 Sanguinem per uomitum emitti, malum eſt.

Sto-

11 Stomachi uulnus non ſanatur.

12 Ad ſtomachum infirmum uarij humores effunduntur.

13 In uentre calido bilis generatur pluri ma, præſertim ſi cibus bilioſus aſſumatur.

14 Frequens medicamentorum uſus, ſtomacho officit.

15 Stomachus qui faciliter ſentit, temere quoq; læditur.

16 Mens commota nimia crapula, de facili diſcutitur.

17 Morbi uentriculi inextricabiles, imbecillum hominem reddunt, obiter ægre ſanantur.

18 Ventris proſpera habitudo, pinguia adamat, quæ & firmiſſimæ materiæ cibũ facilius concoquit.

19 Veratro optime uere purgamus, autumno tollerabiliter ſi id in uſu eſt.

20 Ante ueratri potum, pinguibus & humidis ueſcendum eſt.

21 Veratrum ęgris non ſemper prodeſt, ſanis ſemper nocet.

22 Pura corpora ueratro læduntur, neruorum enim contractiones facit.

23 In omni ſtomacho chatartico aliqđ

ſtipticum addendum eſt.

23 In affecto ſtomacho, ubi materia dubia eſt, hiera compoſita prodeſt.

24 Stomacho calido aqua gelida nocet, uſum non habenti.

25 Cum ſtomachum cataplaſmatis refrigeras, ne pulmonem aut iecur lædas, cauendum eſt.

26 Oleoſa & pinguia ſtomacho inimica ſunt.

27 Qui Venerem coarguunt, ſtomacho conſulunt.

28 Difficili uomitu, ſtomachus uexatur.

29 Dolor ſtomachi ex aqua frigida interdum letalis eſt, ex quo & colicus dolor exoritur.

30 Si ſtomachi dolore puſtula in dextro crure innaſcatur, in 27. die ægri exitũ portendit, in quo tempore dulcia ſupra modum adamant.

31 Si uentris affectu puſtula in ſupercilio orta nigra, fabæ magnitudinis, quæ in ulceris genus mutetur, mortifera eſt.

32 Morborum ferè omnium cauſſa eſt ſtomachi infirmitas.

33 In longis morbis languens appetitus damnatur.

34 Sitim ſedat ſomnus.

35 Stomacho ſicco corpus areſit, humido hydropiſes prænunciantur.

36 Stomachi habitudo ſicca, diutina, uix corrigi poteſt.

37 In fortiori ſtomacho cibus tenuiſſimæ materiæ uiciatur.

38 In ſtomachi affectu, ſi ſuper oculo ulceris magnitudine, partim rubens, partim uiride, ſuperueniatq́ mentis deliriũ in 17. die mortem portendit.

39 In leua dormire ſtomacho utile eſt, in dextra materiam per aluum educit.

40 Pueri amplexus citra ſudorem, ſtomachum confortat.

41 Vomicæ ſtomachi calidæ ſiliqua ægyptia ſæpe data medetur.

42 Ventris & inteſtinorum in fluxionibus acida eructare, ſecuritatis nota eſt.

43 Aluus nigra, ſanguini atro ſimilis, repentina, periculoſa eſt, ſi etiam ſine febre ſit.

44 Nauſſeæ in peſtilentia, malum presagium eſt.

45 In decretorio tempore uomitus ægrum à ſpaſmo liberat, idem & comitiales morbos & lethargiam ſanat.

46 Contra ſingultus infinitos uomitus prodeſt, idem & nephręticis utilis eſt.

47 Corporis uires proterit mœror, fames, dolor, nec minus grauis odor.

48 Sanguinis uomitiones, & nigræ bilis malæ dijudicantur, deteriores quæ uariant.

49 In febre ſanguinem euomere periculoſum eſt, aliàs quandoq; iuuat.

50 Vehementis clyſterijs infuſio, uomitum ſedat.

51 Si uomitus materia cauſſa eſt, uomitiones medentur.

52 Calida pedes lauari, ac extrema fricari, uomitiones ſedant. Idem præſtat ſomnus.

53 Ex febre ardenti uel inædia, frequens ſingultus, malum augurium eſt.

54 Singultus infiniti, ex ictu capitis letales ſunt.

55 Singultus crebri, circa criſmum tempus, neq; ſpem, neq; metum promittunt.

56 Singultus ſternutamento finitur.

57 Si uomitu ſingultus nō diſcutiuntur, ac rubeſcunt oculi, ſtòmachi aut cerebri apoſtema ſignificant.

58 Singultientibus ſuppuratio in lateri-

bus

bus nata, in ortu ſolis mortem preſagit.

DE AEGRITVDINIbus hepatis & quæ illi accedunt. De hydrope & de Eiectionibus.

IN iecoris remedijs ducere uentrem, ubi urina cienda ſit, uel cōtra, maxime dānatur.

2 Iecoris medicamenta, uehementer cōtrita, dari debent.

3 Abſceſſibus iecoris dulcia nocent, præſertim calida.

4 Epaticos ſtomaticosq́ faciei color per ſe indicat.

5 Iecore male coquente, facies oculiq́ tument.

6 Ventris fluxus initio carnis loturæ ſimilis, cum cibi appetentia frigora indicat, cum ſtomachi uero tædio, humorū corruptorum nota eſt.

7 Ventris corpus ubi corpus calidæ naturæ eſt, in uirulentiam, mox in fecem cōmutatur, qui ſanguis aduſtus dicitur, cū plurimum hæc omnia præcedit cholerica deiectio.

8 Ventris profluuium, ſi corpus frigidū eſt, in congelatum ſanguinem, exinde in

diuerſam materiam transformatur.
9 Deiectio rurſus ſanioſa uel carnis lotu-
ræ ſimilis, infirmam iecoris concoctionē
oſtendit.
10 Alba excrementa, uixq; confecta, dige-
rendi & attrahendi uim inualidam ſigni-
ficant, uaria uero corruptam digeſtionē
oſtendunt.
11 Retrimentorum leuitas albedoq;, at-
tractricem uirtutem uitiatam indicat.
12 In fluxu ſanguinis ſtyptica remedia
interdum nocent, obiter aperientia ac re-
creantia aromatis, exiguo addito ex me-
ro præferuntur.
13 Iecoris dolore pruritus occipitij, pol-
licisq; pedis, ac puſtula circa colum nata,
ægri pernitiem die quarto pręſagit, quod
augurium urinę difficultas ſi affuerit, ma-
gis confirmat.
14 Abſceſſus iecoris ſi ad lienem trans-
fertur, laudatur, e diuerſo periculoſus eſt.
15 Abſceſſus ſi calidus eſt, ſiue in dextro
ſiue in ſiniſtro latere, ægrum plurimum
inquietat.
16 In morbo arcuato durum fieri iecur,
pernitioſiſſimum eſt.
17 Puro iecoris apoſtemati, nullum prę-

ſidium eſt, ſi uetus malum eſt.

18 Paſſum iecorariam uentris deiectio=nem facit.

19 Ventris profluuium quo corpus adfligitur, ſi contrahitur, leuat, ſi profluit, læ=dit, ac e diuerſo.

20 Senibus in longa ualetudine, fluxus metum facit.

21 Aqua intercus uitio iecoris ſemper o=ritur.

22 Lienis magnitudo hydropa minatur, uel corporis maciem.

23 Hydropiſis nocentior eſt quæ ex acu=to morbo oritur, uel quæ in calido ac ſic=co corpore incepit.

24 Hydropici ex lienis quàm ex iecoris duri=tie facilius ſanantur.

25 Ex longa hydrope dyſpnoema, aut crebri anhelitus, uentriſque profluuium, tri duo interitum prænunciat.

26 Gingiuarum & oris ulcera in hydro pe, mortem minantur.

27 Aqua quæ cutem ſubierit, ſi ſimul o=mnis effunditur, letalis.

28 Hydrops quæ iecoris apoſtemati ſu=peruenit, difficulter ſanatur.

De

## DE DYSENTERIA, TORminibus, Colica, Stranguria, & Hæmorrhoidibus.

DYſentericis poſt aurem ſiniſtram enata puſtula erui magnitudine, ſitiſq́ interueniens, in 20. die mortis præſagia ſunt.

2 Inteſtinorum & ſtomachi leuitas, quę torminibus oritur, ægrum præcipitat.

3 Alui deiectiones ex atra craſſaq́ bile, non ſanantur.

4 Aquoſa deiectio, quæ mox unctioni ſimilis profluit, damnatur.

5 In dyſentericis neruorum contractiones, uomitiones, ſingultus crebri, ac dementia deniq́, dira auguria ſunt.

6 Balbi uentris fluxu facile periclitãtur, aliàs (ut diximus) ægre medicamẽtis purgantur.

7 Si in pueritia mollis eſt aluus, eadem in ſenectute contrahitur, & e diuerſo.

8 Qui uentris profluuio moriuntur, ijs primum uena formicãs percipitur, mox intermoritur pulſus.

9 Iliacus morbus, niſi reſolutus eſt intra ſeptimum diem, letalis eſt.

10 Colicus dolor ui peſtifera quandoq́ re-

regiones & prouintias occupat, letiferaq́ contagia imitatur.

11 Febricula colicos dolores ſanat, ſi ex ſpiritu & phlegmate oriuntur.

12 Ex iliacis doloribus uomitiones & ſingultus crebri ac deliratio, dirum auguriũ faciunt.

13 Ex ſtranguria iliacus dolor in 7. hominem rapit, niſi febris cum ſudore præſidium afferat.

14 Prægnantibus tenaſmus exitialis eſt.

15 In febris initio mortuæ tineæ, in remiſſione uero uiuæ per aluum tranſmiſſæ ſpem prænunciant.

16 Cum hæmorrhoidas reſecamus, ſingulatim eas auferimus, in qua curatione una demum dimittenda, alioqui ægro exitium minari.

17 Ani fiſtula interius ſecanda non eſt, alioquin inuoluntario excrementa emittuntur.

## DE VESICA, CALCVLIS, urina, Venere, menſtruis, & & prægnantibus.

SEnum exulcerationes q́ ueſicæ, faciliꝰ ſanantur.

2 Veſicæ calculi pueritiam, renum uero ſe

ſenectutem infeſtant.

3 Calculi morbus ad poſteros tranſit, ideo hæreditarium malum dicitur.

4 Pinguiores renum calculi, ueſicæ uero maciem ſollicitant.

5 Vrinæ difficultatibus ſi tenaſmus ſuperueniet, in 7. die exitium portendit, niſi profluuium malo ſubueniat.

6 Melancholicos iuuat moderata Venus.

7 Nimia Venus corpus eneruat, & febres acutas & ardentes excitat, colicoſq́ dolores irritat.

8 Oris graueolentia nimia quandoque oboritur Venere.

9 Infirmi ſtomacho, tutius Venerem negligunt.

10 A crapula uel inædia libido damnatur.

11 Corrumpitur nimia ſalacitate fœcunditas.

12 Ebrietas conceptum inhibet.

13 Pedes oleo feruentis naturę peruncti, Venerem ſtimulant.

Viri hyeme, fœminæ æſtate ſalatiores ſunt.

14 Qui nudis pedibus ambulant, libidinem

nem extinguunt.

16 Veneris imaginationes nocturnas, leuat ſemen lactucæ ex uino potum.

17 Vuluæ uicijs iecoris habitus corrumpitur, unde aqua intercus ſæpe oritur.

18 Steriles fœminas infirmas eſſe, uerũ fœcundas celerius ſeneſcere haud dubium eſt.

19 Si nidor fœminarũ naturalibus ſubditus ori reſpondet, fœcunditatis nota eſt.

20 A menſibus ſi natura humens eſt, cõceptus non admittit.

21 Vbi hyemem notus, ac Ver aquilo perflant, abortiendi periculum eſt.

22 Mãmis cucurbitula impoſita, mulierum menſtrua ſiſtit.

23 Si grauidis ubera emoriuntur, abortus imminet.

24 Vbi gemini in utero ſunt, ſi alterum uber emoritur, alterum partuum enectũ eſſe inditium eſt.

25 Pregnantem citra quartum aut ultra ſeptimum menſem purgare metus eſt.

26 Quibus menſes in totum præmature ſubſiſtunt, citius moriuntur.

27 Vuluæ ſtrangulationes, quæ retardatis

datis menſibus fiũt, minoris periculi ſũt, quã quę retento genitali ſemine accidũt.
28 Vuluæ ſtrãgulatus magis ſentiũtur autumno.
29 Suffuſæ ſanguine mammę, furorem uenturum eſſe teſtantur.
30 Mulier ſanguinem uomens, profuſis menſtruis liberatur.
31 Quæ menſibus nõ purgatur, ſanguinis ex naribus profluuio tuta eſt.
32 Locis laborantibus, aut difficulter patientibus, ſternutamenta proſunt.

DE PODAGRICIS ET articulorum doloribus, Ca. 14.

VInum ieiunis potum articulis nocet.
2 Podagrici morbi à maioribus ſæpe contrahuntur.
3 Ver podagras magis incitat, autumnus minus incitat.
4 Podagrę ueteres, quæ uario humore proueniunt ſanari non poſſunt.
5 Podagras quandoq; uarices ortæ ſedant.
6 Coxæ dolor ex cruditate oritur, uerũ & locorum dolore ſæpe contrahitur.
7 Articularius morbus mẽbra reſoluit.
8 Iſchiadicos inurere ſummũ præſidiũ eſt.

Bilio-

9 Bilioſa podagra, quæ medicamentorum uſu nimio præmitur, pernitiem minatur.

10 Hinc item uomitus magis q̃ deiectio ſubuenit.

11 Articulorum uitia, ſi iuuenes tentarũt neq; callum induxerunt, ſolui poſſunt, maximeq́; torminibus aut alui deiectione.

12 Inſaniam emendant uarices enatæ, aut per ora uenarũ ſubita ſanguinis profuſio, aut tormina.

13 Membra quæ reſoluuntur, ſi non mouentur & macreſcunt, in priſtinum habitum non reuertũtur, magiſq́; ſi uetus malum eſt, uel ſenectuti acciderit.

## DE VLCERIBVS ET Suppurationibus Cap. 15.

OMnia exiccantia non mordentia, carnem alunt.

2 Vlcera in alia parte corporis q̃ in carne ſita, omniaq́; quæ rotunda ſunt, difficulter complentur.

3 Inſtans ſuppuratio diſcutiẽda eſt, ſubſiſtens reſoluenda, increſcens utroq; modo oppugnanda eſt.

4 Cera inter unctiones additur, ne rerũ

uites protinus elangueſcant.

5 Gulæ ulcus ex uulnere cum plurimum letale eſt.

6 Viſcida atq; ſtiptica ui cicatricem inducimus.

7 Vlcera exiguo nutrimento uincuntur, balneoq; initio læduntur.

8 Suppuratis, ulceribúſue neruoſis, linimento opus non eſt.

ALEXANDRI BENEDICTI Phyſici, collectionum medicinalium, finis.

Sen-

# SENTENTIARVM MEDICINALIum Arnoldi Neocomenſis de morborum curationibus, Liber primus.

## DE FONTE OMNIS MEdicinæ.

OMnis medela procedit à ſummo bono.

## DE MEDICO.

Conuenit medicum efficacem eſſe in opere, non loquacem, quia morbi nõ uocibus, ſed rerum eſſentijs aut uiribus expelluntur.

Medicus fidelis & ſapiens, cognitis cognoſcendis, quanto celerius poterit, ſubueniat ægrotanti.

## DE RATIONE ET ELEctione medicamentorum.

VItando nociua, & utendo iuuantibus, proſperatur in ægris opus curationis.

Anteq; ægritudinis ſpecies aut proxi-
mæ cauſſæ cognoſcantur, tẽporãdis, aut neutris regendus eſt patiens.

Tutioribus medicamentis utere.

Optimæ medicinæ ſunt, quæ naturæ ſunt magis amicabiles.

Primum uictus ratione, in medicamẽtis medicator.

Fruſtra quæruntur peregrina medicamina, cum ea interdum ſalubriora ſunt, quæ optimus quiſq; coenat.

Pharmaca adhibe rarius.

Difficilius ferunt pharmaca, pueri, decrepiti, nonnunq; & iuuenes.

Creber uſus pharmacorum, idq́; in primis annis, celerem inducit ſenectutem.

Pereat, qui cum poſſit mederi ſimplicibus, ad compoſitiones confugit.

Simplicibus morbis, ſimplicia quoq; congruunt medicamina. Compoſitis cõtra pulmone laboranti opem laturi, quæ pulmoni inprimis congruãt, miſcemus, atq; in eum modum reliquis membris omnibus.

Acetum & uinum diſtillatum penetrãdi tantum gratia interdum adhibemus medicamentis.

Plæ-

Plæraq; corrigendi atq; emendandi tã tum gratia miſcemus, ut in pharmacis ſolutiuis correctoria.

Quanto plura confunduntur in compoſitione medicamina, tanto hæbetior, haud dubium, eius redditur effectus.

Quemadmodum medicinæ compoſitæ baſim permutare non licet, ſic neque medicinæ eius, à proprietate iuuantis eã, & eius malitiam corrigentis.

Quorumcunq; componentium ſunt plura iuuamenta, uel pauciora, conuenienter eorum pondera extenduntur.

Quæ naturę amica ſunt medicamina, copioſiora, & liberalius, quæ uero aduerſaria, adminiſtrato partius.

Eſt enim medicus adiutor tantum naturæ, non deſtructor.

Sicut medicamenta quæ propinqua membra reſpiciunt, in minori, ita quæ remota concernunt, in maiori quantitate donantur.

Propinqua membra uocamus, os, dẽtes, linguam, guttur, uentriculum. Remota, ueſicam, renes, matricem, iuncturas, pulmonem.

Eodem modo quæ aut uehementia,

aut amara nimium, ut iera picra Galeni, in exiliori damus portione, dulcia et amica, contrario.

Quæ citius reſoluuntur & euaperant, cuiuſmodi ſunt capilli Veneris & Chamomilla, eorum quoque maius pondus ſcribere conuenit.

Pulueris hirundinum, in ſynanche, cineris ſcorpionum, & eorum omniū quorum eſt operatio propria, eorum quoque ſeorſim maior quantitas datur.

Theriacum ſemper expedit in promptu habere præ cæteris medicamentis.

Medicamenta illita ſtupentibus, aut inſenſibilibus membris, amoueri minime debent, donec tandem ſentiantur ab illis.

Si quidem intempeſtiuius, aut cōmota celerius operationem ſuam nequaquā perficiunt.

## DE HVMORIBVS ET SVCcis malignis, deque curatione eorum.

MOrbi qui citra humorum intemperantiam proueniunt, alteratiuis tantum medicinis iuuantur atque corriguntur.

Membra congelata, ſi de repente calo-

ri

ti admoueas, primo dolore intenſo conficiuntur, deinde in ſcabiem prorumpũt.

Frigiditas quæ multis medicamentis tentata, non abijt, ruptorijs aut profundatis cauterijs extirpatur.

Corpora quæ nimio confecta ſenio emarceſcnnt, atq; contabeſcunt macritudine miſera, foueri aliquandiu poterunt, arceri non poſſunt.

Conuenit his corporibus cum primis lac, & quæcunq; optime nutriunt.

Qui hydropem cauſſat humor, ſi tenuis fuerit per ſudores reſoluitur. Sin craſſus ac denſior, paracentheſi aut cucurbitulis explodītur.

## DE VENTOSIS ET CVcurbitulis.

VBi prauo ſanguine ſola cutis inficitur, ſufficit ut ea inciſa, per uentoſas & cucurbitulas extrahatur.

Ventoſæ quædam adplicantur, ut ſanguinem corruptum trahant, lucidam ut laxata reſtituant, Aliæ ut membris infrigidatis calorem adducant, nonnullæ ut dolores mitigent.

Potiores ac uehemẽtiores iudicantur uentoſæ, quæ cum igne adplicantur, quá quæ ſuctione.

Cuticulæ inciſio, tanto profundior e-ſto, quanto craſſior eſt ipſa cutis, delite-ſcitq́ſanguis ipſe euacuandus profundi-us.

## DE PHLEBOTOMIA.

EVacuationes uniuerſales, particulari-bus præmittantur.

Vniuerſales euacuationes uocãtur, quę fiunt per pharmaca, & phlebotomiam. Item fluxus menſtruoſus & hæmorrhoi-darum.

Particulares, quæ euacuant ab aliqui-bus membris, & non à toto corpore, ue-luti capitis purgatiua, excreationes, lotia, cauteria.

Interdum clyſter præmittitur, cum eã prohibeat conſtipatio fieri.

Humore exiſtente prauo in corpore, aut ſanguine immodico exiſtente, phle-botomia præcedere debet pharmaca.

Venam incidere, & ſimul pharmacũ propinare eodem die, piaculum eſt.

Sed ne duo pharmaca propinare eo-dem die conuenit.

Poſt fortem euacuationem, phleboto mia non ſequatur, niſi tribus exactis die-bus.

Præcipuum tẽpus euacuandi eſt Ver. Extrema tamen neceſſitas legi obnoxia non eſt.

Quemadmodum ſub cane, & quolibet tempore, aut extreme calido, aut frigido, ſanguinem mittere non conuenit, ita nec pharmaca dare.

Quibus craſſior & glutinoſus eſt ſanguis, his uetitum eſt ſub frigore uenam incidere.

Non inepte faciunt qui ad hanc Lunæ motiones obſeruant.

Luna quo magis remouetur à ſole, eò magis fluxiones & humores cauſſat in corporibus.

Vide de hoc libellũ Haffurti de applicatione Aſtrologiæ ad Medicinam. Item libellum eiuſdem tituli Domini Tanſtateri.

Si membrum cretica non grauetur collectione, uel materia uenenoſa, phlebotemandus eſt æger per uenas longinquiores, oppoſitionis unius diametri, uel multorum, ſi fuerit corpus phlethoricũ, morbo uero cõfirmato, & fluxu ceſſante, per uenas propinquiores.

Infra primum diatriton rariſſime flux-

us ceſſat,& uehementer moleſta eſt ple-
thorici, qua propter ut plurimum oppo-
ſitio longinquior ſeruit phlebotomiæ.

In criticis & uenenatis humoribus mit-
titur ſanguis per uenas propinquiſſimas, membro, leſo, niſi nobile fuerit.

Si ſincopis accedit, ut intra cutẽ, & ta-
men bona ſit portio ſanguinis mittenda, licet digitulo occludere foramen, ut pau-
lum reſpiret, redeatq́ ad ſe æger, uocant eam interpellationem ἀποφόϛησιμ Greci.
Portio ſanguinis deijciendi, ab exuberan-
tia eiuſdem deſumitur.

Quibus una die bis ſanguis mittẽdus eſt, ſi uiribus ualeant, primus copioſius fũ-
dat, parcius ſecundario.

Quibus ſtomachus fuerit cacochimus, eorum ante phlebotomiam præmunda-
tur uentriculus, & corroboratur os.

## DE SOLVTIONE ALVI.

Sicut æſtus choleræ, ita hyems phleg-
mati euacuando idonea eſt.

Quemadmodum euacuatio frigido-
rum humorũ in æſtate parit acutos mor-
bos, ſic in introitu hyemis euacuatio cali-
dorum, gignit diuturnos.

In diebus paroxiſmorum periculoſæ
ſunt

ſunt phlebotomiæ, & euacuationes mali humoris, antea non digeſti euomitio, cum pernitie exit.

In chimis furioſis, & qui per urinas euacuantur, emendatio uitij & eductio fiunt ſimul.

In alleuiatiua euacuatione, non eſt opus digeſtione.

Fit autem clyſteribus aut plurimũ aut lenientibus medicinis.

In humoribus aquoſis, aut ſuapte natura fluidis, uitari debent liquida digeſtiua, niſi uires habeant educendi peccantẽ humorem, ut ſerũ lactis in hydrope, aut conſumendi, ut aqua uitæ in paralyticis non repletis.

In reumatiſmis propter aquoſitatem diſtillantibus, in guttur aut pectus ingroſſatiuum ſyrupum abſq; mixtura lymphæ conuenit exhibere.

Ad ſummitatem purgationis, atq; ſecuritatem, non ſufficit corpora fluxa facere digeſtiuis, humoris euacuandi, ſed apertiuis & lenitiuis, ac dilatantibus.

Quemadmodum balneum abluens corpus, & excludens reliquias, ſequitur pharmaca. Sic præhumectás & fluxa red

dens

dens corpora præcedere debes, maximè ſi terrei fuerint humores.

Cholera cinerea & eruginoſa, & terreſtris atra, penetralibus corporis intime inhærent.

Fit interdum ut huiuſmodi, repentina alteratione, poſt aliorum euacuationem uehementer medicum ægrotum perturbent.

Qui à fecum duritie conſtipantur, niſi clyſterem præmiſerint pharmacis, torminibus uexabuntur.

Pharmaca tenuia & ardẽtia, cuiuſmodi ſunt Euphorbium & diagridium, per craſſiores portiones, ſiue per ſe ſiue cum alijs, ſunt glucienda.

Acuta pharmaca niſi lubrico uelatu deglucientur, guttur uehementer offendũt, & ſi fuerit macilentum & aridum, perpetuo lædit ut plurimum.

Anteq̃ pharmacum perfecerit operationem ſuam, comedendum, aut bibendũ non eſt.

## DE PHARMACIS AB EXtra applicitis, & euacuationibus.

PEriculoſe imponuntur emplaſtra, uel

uel unguenta humorum attractiua, præcipue ubi occurrerit euidens plethoria.

Exterioribus locis plethoricorum trahentibus pharmacis appoſitis, uel apoſtematis furor, uel ſcabiei fœditas præueniet ea.

Pharmaca trahentia explicantur urgente neceſſitate, uidelicet cum omnino reſpuit pharmaca ęgrotus, applicationemq́ earum per partes conuenientes.

Attractiuis pharmacis ab extra explicatis, repercuſſia & confortantia conuenit ſociare.

Licet Chimus eradicetur à pharmacis, tamen eius expulſio perficitur à natura.

Chimum commotum à pharmaco expulſiuo membrorum obuians, inclinabit ad exitus naturales, ſi pręualuerit pharmaciæ. Quapropter oportet, ut interiora membra & exteriora ſint fortia, cũ pharmatia trahens exterius adplicatur.

Nunq́ tabefactis corporibus conuenit ſolutiuum trahens exterius applicare.

## IN QVIBVS PHARMACIS ſomnum conuenit prohibere.

Phar-

PHarmacis uenenoſis, ueluti diagredio & helleboro ſuperindormire nõ conuenit, aut in modicum, ne principalia membra ab incluſis malis uaporibus offendantur, & maxime ſi debilia fuerint.

DE MENSVRA EVACVAtionis per pharmaca.

HVmoris euacuandi per pharmaca, nequit quantitas certis rationibus menſurari.

Stulta faciunt, qui patientibus certum ſedium, aut excrementorum numerum pollicentur.

Tam diu ſolutio proficit, quàm diu peccãtis humoris euacuatio, ſine defectu & anguſtia tolleratur.

REGVLA VITANDI CONſtrictionem uentris poſt euacuationem.

POſt pharmatiam conuenit alimentis aluum mediocriter laxum retinere, ne nouam procuret offenſam, conſtipatio fortis & repentina.

CANONES ALTERANDI poſt pharmatiam membra diſtraſiata.

Diſtra

Diſtraſia membrorum poſt pharmatiam, & maxime fortem, nunquàm eſt corrigenda forti alteratiuo.

Membra diſtraſiata multiplicant ſuperfluitates conformes eorum diſtraſiæ, q̃uis euiciata fuerint alimenta.

Corpora quorum interiora diſtraſiantur, oppoſitis qualitatibus, ſunt ut plurimum cacochima.

Oppoſitas diſtraſias in interioribus patientes, leuiter offenduntur, diſtincto uſu contrariorum, ſi ſumantur interius, & ideo media debent ſumi, uel commixta contraria.

In oppoſitis membrorum diſtraſijs, nociuior ſemper amplius impugnatur.

Diſtraſia fortior, aut membri nobilioris, apta eſt plus nocere.

Inueterata diſtraſia tranſit in habitũ, & reſpuit extirpari.

Hæreditariæ paſſiones inextirpabilis ſunt radicis, & ſufficit ne pullulent in deterius, conuenienti regimine prohibere.

## CANONES MENSVRANdi tempus, quod curæ ſufficiat.

IN morbis annum trāſgredientibus cūcta ſanationis opera nequeunt in minori temporis ſpacio terminari.

In annalibus ſeu chronicis morbis nō ſolum in quadris anni proportionabiliter medicari oportet, ſed etiam in quolibet menſe.

Languor diuturnus plærunq; ſola peregrinatione, aut loci mutatione, fugatur.

Interdū(ſi ex humore ſit morbus) aut cauterijs aut termalibus aquis extinguitur.

Omnis medicina pollens uiribus opiatæ, congruit excellenter in morbis diuturnis, & cacochimia diminutà febres multiplicat, uſus opiatarum cacochimia dominante.

Sub eadem ſpecie febres ut plurimum opiata multiplicat, ut duplando, uel triplando quartanam.

Quocunq; regimine patiens emendatur, eodem proportionabiliter obſeruato, conſequitur poſſibilem ſanitatem.

Quanto plus ægritudo minuitur, tanto minus uehemens medicamen membro uel corpori eſt applicandum.

## DE CVRATIONE MORborum. per inſtrumenta chirurgica.

MEmbris quibus nequeunt adplicari manus, aut inſtrumenta, quæ manus officio regi poſſunt, illis manualis operatio nunquam prodeſt.

Innata malitia figuræ, nunquam in adultis corrigitur, increſcentibus uero raro.

Malitia figuræ accidentaliter ſuperueniens, corporibus adultorum cum deperditione ſubſtantiæ incorrigibilis eſt, ut plurimum. Quæ uero ſine deperditione ſubſtantiæ contingit, ſæpe corrigitur, ut in luxationibus iuncturarum.

Sicut obliquitatem membri luxati aut conuulſi, mollificatio prius aut reſolutio deinde pulſio uel tractus, aut extenſio dirigunt, ſic tortura mollificationis exiccantibus & contrahentibus aperte corrigitur.

Rectificata figura membri congrua ligatura, ſituatio quieta, & firma, parumper conſtringentia medicamina ſeruant eam.

Vtilis ligatura, neque uexat conſtrictione, neque fluitat laxitate.

In ſitiua firma, uel aſtellis fulcitur mẽ-brum, uel ſuſpenditur linteo, uel tabulis coartatur aut geritur, uel ſtuellis impoſi-tis ſubleuatur, ut in naſo & uirga.

Quibuſcunq; paruulis aut paſſibilibus dislocatio ſpondilium corrumpit figurã dorſi uel pectoris, ut plurimum nequit rectificatio ſolidari.

Paſſibilia membra, & maxime calida, ſi diu à ſenſibilibus coartentur, aut ſuffo-cationis periculum, aut febrium incom-moda non euadent.

Superficies tabularum abſq; plumace-olis utiliter ſuperficiei membri uel corpo-ris coaptari nequit.

Quibuſcunq; relaxatione ligamento-rum ſpondilia dislocantur, præ cunctis exiccatiuis efficatius balnea ſulphurea, uel cauteria conferunt iuuamentum.

DE HIS QVAE IMPE-diunt curationem.

QVicquid præter naturam replet cõ-cauitatem membri, uel minuit eius capacitatem, debet quantum poſ-ſibile fuerit, congruis exitibus ab eodem expelli.

Quod meatum obturat, & impedit tran-

tranſitum naturalem, expellendum eſt ab eodem.

Secundum diuerſitatem corporis opilantis & membrorum, in quibus tranſitus obturantur, conuenit de opilãtia preparari.

Sicut inteſtina deopilantur à ſtercore duro, clyſteribus mollificatiuis, ſic & meatus renum à calculo medicinis comminuentibus calculum, aut facientibus lubricare.

Sicut hnmor opilans multitudine ſola detrahitur, tamen ad opertionem meatus, ut in uenarum repletione, ſic & opilans, uiſcoſitate iuuante ſiue groſſitie, debet incidi uel ſubtiliari, ut detrahatur.

Medicina aperitiua meatuum occultorum, quanto ſubtilioris ſubſtantiæ fuerit, tanto præ ceteris eligibilior.

Sicut medicina reſoluens, abſq; ſtipticitate, non conuenit hepati, ſic nec fortiter aperiẽs meatus ipſius, carere debet pauca ſtipticitate.

Sicut in puſtulis aut ragadijs ulceribus membrorum interiorum acuta & inciſiua per ſe, uel cum aliquo introducta, mordicationis ingeminãt cruciatum, ſic leni-

tiua,& frigida,ſine tormento illorum ſu
mentur ut plurimum.

Inter lenitiua communia ragadiarum & ulcerum occultorum, prius lac, ptiſa-
na,tertiæ decoctionis uendicat ſibi gra-
dum.

Quod opilat meatus, ſi nequit expelli à membro uel corpore, tranſponendum eſt,& quantum poſſibile fuerit elongan-
dum ab eodem,ut calculus à callo ueſicæ, uel à pupilla catharacta deponitur.

## DE CVRATIONE MEatus innaturalis.

Meatus innaturalis qui diu manauit, ut in fiſtulis antiquatus nequit ob-
turari,abſq; timore grauioris incommo-
di,niſi manatio cõſueta deriuetur ad pro
xima.

Innaturalis manatio congrue permu-
tatur ad exitum naturalem, ut fiſtula la-
chrymalis ad calamos nariũ in oſſe cor-
rupto.

Quibuſcunq; ſuperfluitas manans ad-
ducitur à proximo & naturali meatu, ſi-
cut urina diſtillans per foramen inciſio-
nis ueſicæ,in calculo nunq; timendũ eſt claudere foramen innaturale.

Qui-

Quicunq; meatus innaturalis poteſt abſq; timore claudi, ſi fuerit ſtrictus, & antiquitate ſuſpectus ad immunditias coartatas elargandus eſt inciſione uel medicinis, ut à profundo ſyncera conſolidatio procuretur.

Manatio quæ diuerti nequit ad exitũ naturalem, uicinis cauterijs abducitur cõpetenter.

Euacuatiua cauteria, ſemper in fontamellis, ubi lacertus à lacerto manifeſte diſiungitur, aut non fieri ſubſiſtit, conſyderare recta iubet.

Cauteria quæ diſtrahunt fluxos inueteratos, efficatius operãtur, ſi propinquæ ſint magnis uenis, ſicuti quæ diuertunt à partibus capitis cephaleæ debent appropinquare.

Quàmdiu uixerit fiſtula, nunq̃ poterit obturari, humiditas dominans, & ancilla frigiditas fiſtulæ uitam præbet.

Quàmdiu ſanies fiſtularis, aquoſa uel glutinoſa, ſeu prauæ qualitatis exierit, fiſtula uiua manet.

Ex quacunq; ſui parte fiſtula ſaniẽ perfectam & puram emiſerit, ibi eſt iam extincta.

Fiſtula tortuoſa et intricata, nunq̃ perimitur, niſi felleis aut nitroſis liquoribus imbuatur.

Fiſtula inoſſata, nunquã medicationi obediet, donec extirpatum fuerit os corruptum.

In cunctis ulceribus os infectum reſpuit incarnari, uirulentas intus cauernulas gignens.

## DE CVRA ASPERITAtis innaturalis.

OSſis aſperitas radendo corrigitur, uel liniendo.

Cutis innaturaliter aſpera, lenitiuis unguentis aut balneis, uel mundificatis lotionibus emendatur.

Concauitatibus interiorum membrorum humectantia infuſiua, aut mucilagines, aut quæcunq; nitroſum uel terreſtrẽ chimum euacuant, & naturalem reſtituunt ſanitatem.

Exaſperata concauitas pluralitate ragadiarum infuſiuis lenitur mucillaginoſis aut glutinoſis, præcipue lactis uſu.

Nutritiuis exaſperatis pluralitate uerrucarum limantia ſubueniunt, ut pulueres metallini, uel abſtergentia inciſiua.

Puſtulis exaſperantibus membra interiora lac ſubuenit, aut unctuoſa quæcunque parum mundificant & exiccant.

Sicut in puſtulis aut ragadijs, uel ulceribus membrorum interiorum acuta & calida mordicationis ingeniant cruciatum, ſic lenitiua & frigida ſine tormento illorum ſumuntur ut plurimum.

Inter lenitiua communia ragadiarum & ulcerum occultorum, lac, ptiſana uendicat ſibi gradum.

## DE CVRATIONE LENITATIS innaturalis.

LEnitas innaturalis, quam mucillagines inferunt, emendatur inciſiuis & abſterſiuis.

Concaua membra, quorum ſuperficiē intrinſecam cicatrices ulcerum lenierūt, conuenienter ponticis mordicatione carentibus incriſpantur.

## DE EXCESSV TOTIus corporis uel membri.

QVicquid præter naturam additur numero uel mēſura, ſi tuto fieri queat, totum eſt auferendum.

Inciſio & uſtio & corroſio & conſumptio auferunt quod excedit.

Vbi uenæ ſunt & arteriæ, notabiliter magnæ, corroſio & inciſio propter hæmorrhoſtigiam ſunt uerendæ.

In excreſcentijs membrorum paſſibilium & ſenſus acuti, corroſiua non mordicantia ſunt adplicanda.

Vſtio uel igne perficitur, aut cumburẽtibus medicinis.

Metallis ignitis breuius & efficatius cōpletur aduſtio, & certius regulatur.

Meticuloſos tantummodo conuenit urere medicinis.

Ferrum ignitum efficatius auro & argento, reſoluit ſuperflua, pellitq; frigiditatem, & cruſtam obuiãtem hæmorrhoſagiæ facit ſolidiorem.

Circa membra multis irradiata ſpiritibus, & reſolui promptiſſima, quales ſunt oculi, tutius fit auro uel argento cauterium.

Exercitati fortiter ante cibũ, & fames, & ſitis, & durities ſtramentorum atq; uigiliæ ſollicitudinis, ſpinis augurìantes, conſumunt exceſſum pinguedinis atque carnis.

Tenuis dieta concurrens cum balneo thermarum, celeriter macerat corpora ni-

mis

mis craſſa.

Excedens moles unius membri, ut mãmillarum aſſiduata conſtrictione, ſeruat humiditatem.

## DE DIMINVTIONE SVPplenda totius corporis uel membrorum.

ALimenta reſumptiua, & humectantia balnea, quies mentis & corporis habitudinem reparat accidentaliter diminutam.

Membrum extenuatum diminutione pinguedinis atq; carnis, abundantia ſanguinis atq; carnis, abundantia ſanguinis & quiete perſeuerantibus ingroſſatur.

## DE CORRECTIONE ſitus innaturalis.

CVm his qui corrigunt figuræ malitiam, rectificatur in parte membrum innaturaliter ſituatum.

Membrum diſcedés à ſede propria ſine læſione figuræ uel pulſione reducitur ſicut anus, uel horrido uapore fumigatur, uel allicitur placido, aut uentoſationibus trahitur ſicut matrix.

## DE VVLNERIBVS ET ſolutione continuitatis.

IN uulneribus & figuram membri, & ſitum partium eius, ut plurimum oportet rectificare.

In quibuſcũq; uulneribus membri ſubſtantia non deperditur, ſola coęquatio et conglutinatio reſtituunt ſanitatem.

Labia uulneris glutinantur, ſi nihil alienum intercidat, & naturalis membri cõplexio fuerit cuſtodita.

In magnis uulneribus ligatura nequit abſq; ſutura labia uulneris contiguata ſeruare.

Filum ſericinum labia diſtincta nodás immoderata diſtãtia, ſuturam efficit meliorem.

Feſtina conſolidatio uulnerum potiſſime cauſſatur à ſanguine paucæ aquoſitatis. Quapropter aquoſos potus uulneratis conuenit euitare.

## ARTIFITIVM COMPOnendi potionem uulnerariam.

POtio quæ conſumit atque ſequeſtrat aquoſitatem à ſanguine, non aqua ſed uino, & ſtipticis diureticis, cum aromaticorum commixtione conficitur.

In uulneratis phlegmaticis & in hyeme, mel coniungitur potioni.

Quæ

## QVAE PROHIBENT uulneratis potione admi- niſtrari.

VEnter ſtipticus, et uiſcera opilata, uel tumida, ſpiritualia, ſicca, uel totius ariditas, prohibent uulneratis offerre potiones ſtipticas & acutas.

## Quibus uulneratis competant potiones.

Quanto uulnerati maiorem patiuntur hæmorrhogiam, tanto ſecurius pigmentis aromaticis imbuuntur.

## Quibus uulneratis uinum non conuenit.

Sicut uulneratis hæmorrhagiam paſſis, merum pręcipue congruit, ſic pronis ad eam, derogat omne uinum, & quicquid acuit ſanguinem uel ſtimulat ebullire.

## ARTIFITIVM SANGVInem compeſcendi.

SIcut inflammatiua & ſubtiliatiua cogunt effluere ſanguinem, ſic & infrigidantia & ingroſſantia prohibent emanare.

Sicut inquietudo & clamor & ira ſanguinem faciunt ebullire, ſic eum retinent quies

quies, taciturnitas, & pax cordis.

Vbi uena corroditur, primo Chimo, uel putrefactione corroditur, abſq; cauterio diſſoluente cauſſam apertionis eius, non ſiſtitur fluens ſanguis.

Medicina comburens cum manifeſta ſtipticitate, ut atramentum, non ſolũ corruptionem extirpat, ſed eſcharam ſeu cruſtam, fluxui obuiantem efficaciter onerat.

Arteria uulnerata, quanto plus dilatatur, eò plus ſanguinem euomit. Quocirca neceſſe eſt, ut eius dilatatio, quantum poſſibile fuerit, remittatur.

Latitudinalis arteriæ ſectio promptius ſolidatur, quàm apertura ſecundum longũ.

Modica uenę pulſatilis apertura in corpore molli & humido, ut puerili & muliebri, ſanari poteſt, magna uero uix aut nunquàm in ſicco & calido corpore.

Vbi ſanguis arteriarum prę uulnere cogitur, ſcaturire neceſſe eſt, ſtipticis exterius adplicatis, iungere glutinoſa.

ARTIFITIVM SANGuinem reſoluendi intra corpus.

Qui-

Quibuſcunq; uulneratis intra corpus recēter ſanguis coagulatur, his potio reſolutiua ſudorem prouocans, confert cito.

QVOMODO CONSOlidatio uulnerum procuretur.

COnſolidat efficaciter ſuppoſitū medicamen, uehementer exiccans, & uim glutinandi gerens.

Lotio uulneris exiccātibus, tepidis exerceri debet, ut uino, uel aqua uini.

Recentia uulnera cum aqua ardēti lota, ſanationis effectum citiſſime conſequuntur.

Non ſolum aquoſitas omni uulneri, ſed etiam frigus inimicatur, & cuiuſque complexionis malitia. Quapropter oportet medicinam uariare, ſecundum diuerſitatem corporum & membrorum, licet exiccantia communiter exiccantur.

DE REPVRGANDA SAnie in uulneribus.

SAnies & maxime in uulneribus concauis, deperditæ carnis prohibet ſubſtantiam generari.

Alimentum attractum & non incorporatum, in ſaniem conuertitur, & ideo uul-

uulneratis obeſt.

Sicut aquoſitati debentur exiccatiua; ſic uulnera ſanioſa, mundificantibus ægent medicinis.

In uulneribus quæ non ſaniãt, uel corpus non alitur, aut præ defectu, naturalis caloris deficit attractiua, uel immutatiua.

Sanatio uulneris, ubi eſt opus debilis conuerſiuæ, nullo modo debet à medico procurari.

Miniſter naturæ ſupplere tenetur defectum eius, non facere, propterea saniem ex uulneribus eijcit, non inducit, niſi ſuperfluitas prohibens ipſorum ſanationem, nequeat aliter extirpari.

In quibuſcunq; uulneribus cruda ſuperfluitas conglobatur caſſatione, uel extrinſecorum alterantium obuiatione, ſeu alijs cauſſis, & putrefactiuis, cogenda eſt ſanare, niſi nerui prohibeant.

In neruoſis uulneribus, calefactiuis leptomeris non putrefactiuis, aut ſanientibus eſt ſuperfluitas reſoluenda.

Superfluitas uulneris niſi uertatur in ſaniem, aut aliter reſoluatur, uel conglobata, generat apoſtema, uel ſpaſmum accelerabit.

In-

## INGENIVM CVRATIVUM ulcerum ſordidorum & malignorum.

VLcera ſordida, non tantum emittũt ſaniem, ſed uirulentijs lachrymantur, & ideo exiccanda ſunt abſterſiuis.

Sordidis ulceribus tumefactis exiccatiuum congruit, abſq; mordicatione reſoluens, ut pſidia, uex, plantago in uino decocta.

Vlceribus corroſiuis, quæ ſponte dilatantur, ac profundantur ſtiptica mordicatione carentia, debentur exiccatiua, ſi uero fuerint uenenoſa, ut lupus & cancer, tyriacialia debent eſſe.

Vlcera deambulatiua, ſtipticiſſimo medicamine compeſcuntur.

Vlcera quæcunq; partim à groſſo chimo & ignito cauſſantur, partim uero à ſubtili & calido ſunt, noli me tãgere, manifeſte reſoluentibus, & pure ſtipticis indignatur. Et ideo Solum cõgruit medicamen, has uires æquatas habens, fortiter colligatas.

Vbicunq; ſubtilis & groſſus humor, inæqualiter cauſſant ulcus prædominãti, eſt obuiandum fortiori uirtute.

In quibuscunq; ulceribus caro eſt mortua, computreſcit, & ideo uel ferro ſecari, uel igne comburi debet, aut medicinis.

In ulceribus caro moriens, & iam parum uitæ retinens, ut cancrenæ iudicium ſubit, cum cæteris auferendis. Quæ uero incipit adhuc mori caraxationibus et ſcalpellis ab humore mortificante, conuenit ut purgetur.

Sicut Scliroſis diu radicitus incaleſcẽs, tranſit in herpetem, ſic in ulceribus calidorum morborum, caro mortua, niſi radicitus euellatur, prope feſtinabit gignere ſacrum ignem.

## CANONES MEDICANdi neruis.

PVnctura neruoſi membri fomentis, oleorum ſubtiliũ perdit doloris acerbitatem.

Virulentia quæ concluditur in puncturis, acerbo dolori potiſſimũ cauſſam præbet.

Oleum Terebinthinæ per ſe, uel oliuarum cum Euforbio moderate confectũ, efficaciter ſubtrahit eruginem à puncturis.

Par eſt iudicium in puncturis neruorũ &

& chordarum ligamenti, & panniculo-rum.

Neruus omnino ſectus infrigidatione ueloci ſpaſmabitur, niſi cauterio uel fomentis oleorum ſubtilium præſeruetur, & quilibet uiciatus aquæ infuſione celeriter computreſcit.

Neruum infrigidatum contrahens frigus non ſpaſmat tantum, ſed ſuperfluitas uaporoſa in eodem multiplicata.

Si uulnerati ſub humeris à ſpaſmo cœperunt apprehendi, cauterium profundum, in ſpondilibus colli mortis periculum aufert uel tardabit, & ubi ſpaſmus gignitur à punctura, confeſtim eſt dilatanda, & fortior expurganda.

## QVAE IN FRACTVRIS oſſium ſint obſeruanda.

RImula cranei quæ interius terminatur, oportet ut ſcalpello & trepano dilatetur, ut poſſit educi ſanies, aut uirulentia ſubdiſtillans.

Sanies aut uirulentia diſtillans in durã matrem, incommoda letifera multa patit.

Abſq; poro ſenſibili poſſibile eſt fracturam infantium ſolidari.

Nunq̃ in dura parte ſed molli, ſicut ex tremitatibus oſſis petia aliàs fractura ſoli datur.

DE CVRATIONE APO ſtematum.

Diuertendo fluentia, & diſſoluendo coadunata, uel extirpando curátur apoſtemoſæ collectiones.

Fluxum diuertit humorem, quod retrahit, nec repellit.

Euomentibus aliunde, q̃ per partem apoſtematam, & maxime ſenſibiliter fluentia retrahuntur.

Pullulantibus in corpore bubonibus, aut furunculis detractio ſanguinis, & refectio tenuis exterminans exituras.

Abſq; cibi tenuitate nunq̃ humeralis collectio commode reſoluetur.

Non ſolum repellit membrum, utpote fluxui reſiſtendo, ſed medicina repercuſſiua refrigidando & ſtipticando.

Vbi calidus, mediocris, aut ſubtilis humor ad collectionem nō fluxerit, repercuſſio fit nociua.

Euaporatiua moderata caliditate diſſoluunt inſenſibiliter globum collectionis.

Ma-

Magna collectio, præcipue groſſi humoris, tutius in ſaniem conuertitur, quā euaporatione diſſoluatur.

Collectiones quæcunq; fuerint intra craneum & thoracem, nunq; intentione directa uertit in ſaniem artifex eruditus, ſed indirecte cum cogitur lenire maturatiuis doloris acerbitatem.

Euaporatiua & ſaniatiua, niſi notabili caruerit ſiccitate, periculum eſt in ſcliroſim uerti collectionem.

Collectio ſanioſa per inciſionem diſſoluitur, & ſaniei excluſionem.

Ne chordæ uel nerui putreſcant, in collectionibus iuncturarum completa generatio ſaniei præuenitur inciſione.

Multa parit incommoda, tardare apertionem ſanioſæ collectionis.

Conglobata ſanies, & maxime quę in ſcliroſim uertitur cancrum, aut lupum, aut fiſtulā machinatur, aut tranſit in botium.

Turma ſtrophularum colli ſecurius extirpatur corroſione medicinali, & ſanatione, q̄ ferro.

Quælibet extirpatio peſtis inguinariæ uel ſubaſſellaris plurium ſtrophularum,

in pueris & debilibus eſt uerenda, maxime in æſtate, ne corpora febribus, aut nimia purulentia contabeſcant.

Scrophularum extrinſeca multitudo clamitat earum pluralitatem intrinſecà, & ideo talibus ſtrophulis nihil proficit exterius operari.

Botium colli uerendum eſt inciſione uel corroſione diſſoluere uel extirpare.

Vſus aquarum mineralium, & maxime ſaporis tartarei uel acuti, nō ſolum interiora botia, ſed extrinſeca ualde extenuat.

Glandulosa collectio nō inhęrens neruis, aut magnis uenis, ut nodus extirpari debet inciſione cum ciſti ſua.

## DE REGIMINE CONualeſcentium.

VEra conualeſcentia, nec morbū patitur, nec radices eius.

Declinatio à primitiuis cauſſis abſciſſi morbi conualeſcentia ſolidatur.

Tranquillus & purus aer ſolummodo conualeſcentibus eſt amicus.

Manſio quam infecit ægritudinis pręteritæ longitudo, conualeſcentis profectui ſquallore carceris aduerſatur.

Con

Conualeſcens incautus, recidiuat feſti nanter.

Sobrietas et perfecta digeſtio, corrobo rant membra conualeſcentis.

Puritate alimentorum, & potibus aro maticis, conualeſcentium incommoda reparantur.

Dulcibus melodijs & amœnis aſpecti bus, conualeſcentium animus refloreſcit.

Stellarum ſublimitas, gemmarum ua‑rietates, plantarum uiriditas, aquarũ par‑uitas intuitum refocillant.

Exteriori corporis lotione, & maxime capitis, non ſolum alleuiantur membra conualeſcentis, uerum etiam animus re‑creatur.

Lotio crebra pedum, capiti conualeſcẽ tis, & uiſui præbet ſynceritatem.

Exercitia conſueta & placida, quę mor bum præteritum nullo modo cauſſaue‑runt, ſi reſumantur, paulatim & mode‑rate proſunt conualeſcenti.

Aromaticæ confectiones, & tempera‑te ſtudio peritorum temperatæ, conuale‑ſcentes uiuificant, matutinis horis & ue‑ſpertinis,

## THESES TOTIVS DE PERICVLIS RECIdiuantium.

DEbiles & incauti, proptiſſime recidiuant.

Graue recidiuum in conualeſcentia ſu peruenieus, minatur periculum.

In grauibus debilium recidiuis, perplexus eſt medicus.

Impugnare morbum, & uirtuti ſubminiſtrare fomenta, in recidiuatis debilibus ualde graue.

In ualidis recidiuatis, aut cibis medicinalibus erit ſubueniēdum, aut leuiſſimis antidotis.

Succiuas frictiones debilium, in recidiuis conuenit frequentare.

Prudentia medicantis in grauibus recidiuis, nunq̃ obmittit periculum protestari.

FINIS.

Sen-

# SENTENTIARVM MEDICINALIum Arnoldi Neocomenſis de ſingulorum morborum remedijs, & methodo curandi eos,

## Liber ſecundus.

### DE AEGRITVDINIBVS capitis.

AEgritudines capitis uel cerebri, ſunt in tegumentis, aut in ramis eius.

Quæcunq; paſſiones in capite ſũt continuæ, à priuata cauſſa capitis oriuntur.

Quæ uero á cauſſis exterioribus interpolant, ab alijs membris eius communicantur.

Malitia inteſtinorum, & ſtomachi, atque matricis, ut plurimum caput lædit.

Omne nocumentum actionis cuiuſlibet membri, ſignificat ineſſe paſſionem, aut morbum priuatum, uel ab alio communicatum membro.

Omne nocumentum ſingularis actionis continuum, cauſſam nocumenti ſignificat eſſe priuatam membro, cuius actio læditur.

Nocumenta continua plurium actionum, habentium ad ſe inuicem ordinē, ſignificant membrum primę actionis pati immediate, & poſteriorum actionum læſiones ab ea procedere.

Ablatio repentina cuiuslibet actionis abſq; cauſſa extrinſeca, teſtatur exuberare humiditates.

Omne nocumentum actionis interpolatum, non tamen interpolans propter cauſſam primitiuam, niſi ſit paroxiſmale, ſicut epilepſia ſignificat cauſſā paſſionis eſſe intrinſecam materialem, & aliunde mandari particulæ patienti.

Cauſſa paſſionis ab eo membro communicatur patienti, cuius immutatio pręceſſit, uel concomitatur læſionem patientis ad quam ſequitur immutatio eius.

Si membrum aliquid patiatur propter cauſ-

cauſſam communicatam à membro uici no uel colligato, proculdubio aliqualiter immutantur cætera membra ſibi uicina uel colligata, præter naturam membro mandanti, præcipue ſi fuerit ſenſus acuti.

Omne nocumentum uicinum in ramis alicuius membri, ſignificat cauſſam paſſionis in toto ramo contineri, uel in radice.

Nocumentum omne ex radice proueniens, indicatiuum eſt commune membris ortis ab illa radice.

Nocumentum diuturnum quod in ſolo ramo manifeſtatur, non prouenit à radice, ſed proprium illius eſt.

Omnis materia communicata membro patienti, uel humor eſt, uel aliquis uapor.

Omne nocumentum ſubitum & momentaneum, ſi ab interiori proceſſerit, oritur à uapore, ſi uero taliter non fuerit, oritur ab humore.

Si morbo aliquis aggrauatur, præſente contrario uel præcedente, per accidés illud contrarium eſt cauſſa aggrauationis, ſicut accidit epilepticis, colicis, ne-

phreticis ex frigiditate. Nam in febre aut poſt febrem grauius moleſtantur per uſum aquæ, aut aliquorum infrigidantiũ contra febrem.

Si morbus aliquis abijciatur præſente ſimili, uel præſente per accidens illud cõtigit.

Quibus ſudor aut conſueta euacuatio diu ceſſauerit neceſſe eſt digeſtioné grauare in organo uel impediri, & nocumẽta leſę digeſtionis in iterioribus apperere

Omne nocumentum actionis repentinum, & ſine cauſa exteriori atteſtatur replerioni ueteri uel antiquæ.

Cerebrum quod iuuatur calefactionibus excellenter frigidum eſt.

Quod iuuatur calefactionibus modetate, uel frigidum eſt, uel læditur ab humore, quem moderatus calor reſoluit.

Quod iuuatur ab infrigidantibus, calidum eſt.

Quod iuuatur humectantibus, ſiccũ eſt, & econuerſo.

Quod ab euacuantibus læditur, ut flebotomia, uel coitu, & cæteris, ſiccum eſt.

Quod uelociter calefit, calidũ eſt uel rarum.

Quod

Quod tarde calefit, frigidū eſt aut denſum.

Quod tarde abundat humiditatibus ſpiſſis, ſiccum eſt.

Quod ſatis abundat ſuperfluitatibus temperatis, humidum eſt.

Quod cito abūdat humiditatibus ſpiſſis acutis, fœtidis, uelut putridis, calidum eſt & humidum.

Cuius calidum trahendo multiplicat humiditates frigidius maximè in guloſis & multum potantibus.

Quod tarde læditur à uaporibus uini fortis, eſt in uirtute compactum, & quaſi durum in ſub ſtantia.

Quod cito læditur ab eo, debile eſt & molle.

Dolor qui ſentitur in profundo ueniente uſq; ad radices oculorum uel oculos, cauſam doloris in ſubſtantia cerebri, aut in uentriculis eius contineri ſignificat.

Dolor qui non ſentitur in profundo, ſed magis extra in alijs paribus capitis, à cerebro cauſam doloris contineri ſignificat.

Dolor profundus periodicus in fronte, uel prora, maximè in altero cornu, eſt

cauſa

cauſſa primitiua cauſſã doloris ſignificat oriri à ſtomacho.

Dolor peryodicus in fundo ſæpe & ſæpius eueniens in ieiuno, maximè ſi acutus fuerit, uaporem acutum à ſtomacho procedere ad caput ſignificat, ſtomachũ eſſe calidum naturaliter, aut calidis & acutis humoribus aggrauari.

Dolor peryodicus & profundus maximè eueniens in ieiuno, & totam proram occupans & diuidens frontem per lineã circunquaqꝫ protenſam dum tamen ſine ponderoſitate & acumine, ſignificat cauſam doloris ſiccitatem eiuſdem partis, ab inanitione ieiunij uel coitus, uel alterius inanientis impreſſam.

Dolor peryodicus profundus, in capite maximè lentus, ſine cauſa primitiua ſignificat quod procedit à phlegmate, uel uapore reſoluto à membro phlegmatis copiam continente.

Quibus craneum ſpiſſum aut cerebrũ medulloſum, & temperamẽtum quoqꝫ miringæ ſolidæ talibus, ut plurimum eſt caput forte & non leuiter patiuntur dolorem in eo.

Grauiſſima cephalea & maximè in re-

pletis

pletis, futuram prædicat apoplexiam.

In omnibus cephaleis quotidiana fecum expulſio iuuat ægros.

In omnibus capitis paſſionibus fricatio pedum & tybiarum prꝫſtat remediū.

Ab omnibus uaporoſis & maximé generantibus groſſum fumum conuenit cephalargicos abſtinere.

Humor uiſcoſus qui ſolum in capite continetur, uel foment̄is extrinſecis & odoribus tantum digeritur, uel aromaticis absq; potu ſumptis poſt cibum præcipue, ne ab ore ſtomachi elongentur.

Chimus opprimens capitis regionem, uel pillulis in ſomno ad ſtomachum trahitur, uel ad palatum & nares diſſoluentibus ophtalmicis inclinatur, aut lotionibus conſumptiuis reſoluitur in uaporē.

Pillulæ capitales debent aromaticis abundare.

Vehementia reſolutiua non conuenit capiti applicare ſine ſtipticorum cōmixtione.

In emicranea uiolenta & ſubita declinanti ad alterum tymporum, niſi uena frontis celeriter inciſa fuerit, & multus exinde ſanguis effluxerit, aut ſecetur arteria

tym-

porum, periculum eſt oculum eijci à ſua concauitate, uel rupta cornea humoris ef fluere, aut intus corrumpi aut cõturbari.

## DE VERTIGINE & Scothomia.

QVibus uertigo & Scothomia cauſantur à ſtipicitate inteſtinorũ, hos grauius in ieiuno uexant fumoſitatis caput grauantes.

Fumoſitates in capite generantur propter cibi humiditatem, & eius impoſitione prohibentur aſcendere.

Scothomia quam cauſant ſquibala incluſa in inteſtinis in exercitijs frequenter exacerbantur.

Scotomaticus nauſeãs & ſapore luteo moleſtãs in ore, nec cibum abominans, imò copioſe manducans, & auide proculdubio gignit multitudiné humorũ, nec à prædictis liberabit̃ accidẽtibus, niſi ab eis fuerit emundatus, & quotidiana lætetur ſecum expulſione.

Sicut in habentibus ſtomachum cholericum, eſuries lõga uertiginem parit & ſcothomiam, ſic in habentibus phlegmaticum refectio feſtinata.

Qua ratione iubetur in paſſionibus capitis

pitis uaporoſis & ſubitis fricatio mam=millarum in fœminis, eadem conuenit in maribus fricatio teſticulorum illeſa decentia, ſicut in pueris.
Scothomia fortis apoplexiam pronoſti=cat cum à parua epilepſia non differat.

## DE EPILEPSIA.

EPilepſia quæ ſequitur motum Lunæ ſi coniunctionem ſeruauerit, ac uici=nos aſpectus pricipaliter à frigiditate cau ſatur, quæ uero in plenilunio commoue tur, naſcitur maximè ab humiditate.

Epilepſia concutiens in ſomno & cũ tremore medicinam aut curam non reci pit mortalium medicorum.

Epilepſia cõſurgens à mixtura chimo=rum, præcipue ruffi & nigri ſeniliter ma=ligna eſt, & curari difficilis.

Guloſi & infrœnati, & maximè uiolẽ ti ſicut ab epilepſia tardiſſime liberantur, ſic ab ab eadem facillime capiuntur.

Epilepticus negligens à potibus abſti nere, nunq̃ opprobrijs carebit epilepſiæ,

Epilepticus his contrarijs qualitatibus eius interiora diſcraſiata, & maximè nu=trienſtia non multum poterit emundari.

Qui uero quandoq̃ mania torquẽtur, quan=

quandoq́ epilepſia nunq́ ſanabuntur.

## DE FROENESI ET Litargia.

FRœneſis & litargia permutantur alterutrum ſine contrario. Nam frœnetici pereuntes fiunt litargici, ſed ij frœneſcendo ſalutem recuperant.

Intuitus picturatum & multum diuerſorum, & ſplendor & ſonitus frœneticos nimis turbant.

Multa lux & tumultus, & quicquid euigilare facit litargicis multum confert.

Sicut frœneticum non ligatum exterminat inquietudo, ſic & litargicum quietatum pernecat ſopor mendax.

Venter ſtipticus & nimis ſolutus ambo litargicum impellunt aut impedire dicuntur.

Vbi cerebrum cõprimit apoſtema, tūc & fumorum illic directis & naturalis caloris abinde ſubtractio feſtinat perniciē maximè, quia manet æger immobilis.

## DE MANIACA ET Melācholica paſſione.

Maniacis & melancolicis frigidus aer ſemper inimicatur, & quicquid in eorū corporibus fumos concludit horribiles,

fo-

mnus tamen & humectatio proſunt eis.

Sicut timor eſt à melancolicis extirpãdus, ſic eſt incutiendus terror maniacis, minarum & flagellorum.

Quantum melancolicis obeſt habitaculum tenebroſum, tantum poteſt conferre maniacis, potiſſime ſi ad fletum eos induxerit.

Melancolicorũ fãtaſmata ſũt ingenio ſubuertenda, non damnanda, ne prouocati, reſpuant medentibus obedire.

Melancolici non curati, ſępe tranſeunt in maniam.

Maniaci quorum aures falſis uocibus crebre ſonant, ſi ligati nõ fuerint, ſeipſos exterminant.

## DE PARALYSI ET Apoplexia.

PAralyſis totius corporis, eſt mortis imago, apoplexiam uicariam eius prętendit præceſſiſſe, aut ueterem immoderatam atteſtatur repletionem.

Non ſolum refectio nimia, ſed inanitio ſtomachi, præcipue calidi, poteſt fumoſitatibus incubum generare.

Infœlix terminus apoplexiæ, uidelicet impotentia ſemicorporis lateralis demõ

ſtrat repletionem immoderatam.

Immoderata & uniuerſalis repletio ſine ydropiſi, nunq̃ caret exuberantia ſanguinis.

DE PASSIONE MEMbrorum neruoſorum.

QVocunq; humido replente uenas cæteroſq́; meatus, immoderate poſſunt & nerui & lacerti & chordi mollificari ſuperflue.

Lacertus imbibitus aquoſa humiditate & infuſiua, ſedibus correſpondet nimium remollitis.

Chordæ remollitæ cedunt, & nõ obediunt pulſantis imperio, nam regere nequeunt ad mouendum aerem, uel ſanandum præ nimia laxitate.

Lacertus mollificatus perdit conſtantiam naturalis firmitatis, & laxitate cadit à naturali ſitu.

Corruens lacertus, præ nimia laxitate ſequitur uia centri.

Lacertus proſtratus, laxus, ſeu naturaliter prolongatus, nequit ſurſum ſeu lateraliter mouere iuncturam cui ſuperiacet, aut deputatur ad mouendum.

Membra relaxata præ nimia laxitate non

non ſolum impotentia ſunt ad motum, ſed etiam ad ſenſum inepta.

Quia temperamento ſpiritus animalium perficitur, ideo ſenſus deficit ubi non admiſcentur, aut eorum temperantia corrumpitur.

Membra quæ corruerunt, ſpiritus non recipiunt, ut ſolebant, & ſuſceptos extinguunt artando & humectando.

Quanto digniora ſunt opera ſpiritus animalis, tanto temperamẽtum eius melius eſt q̃ in cæteris.

Quod magis elongatur ab excellẽtijs, ſemper facilius uincitur ab extremis.

Cuius temperantia magis declinat in alterum extremorum, corrumpitur leuiter ab illius oppoſitis.

Præ cunctis ſpiritibus eſt animalis ſubtilior, & lucidior & minus calidus, quapropter immoderata caliditas & frigiditas uelotius eum diſtemperat cæteris.

In medicatione ulcerum diuturna inguinalium, aut uicinæ regionis, niſi coxæ protegantur operimentis, periculum eſt in poſterum ſpaſmari lacertos eorum, ac tantum infrigidari ut ſint admodum inepti.

Quod autem obtenebrat & ingroſſat citius extinguit & ſterilem efficit.

Membrum paralyticum licet ſenſu priuetur, & motu calere poteſt, ut in ſanguineis, qui uenarum & arteriarum beneficio non priuantur.

DE SPASMO.

Repletio uaporoſa ſecundum latum offendens organa motionis, & longitudinem contrahenda ſpaſmat.

Replicatio infuſiua uel aquoſa, mollificans omnes partes inſtrumẽti motiui, paraliticat ipſum.

Spaſmo repletionis reſolutiua magis, paralyſi excitatiua magis conueniunt & ruptiua.

Vniuerſalis ablatio uel diminutio ſubita motus uoluntarij frigiditatem & humiditatem cerebri ſignificat.

Ablatio humiditatum repletionum, ut in apoplexia.

Diminutio & laxitas ſiue ſtupor, frigiditatem & humiditatem ſignificat.

Permutatio motus uel innaturalitas motus, & ſpaſmoſitas omnium membrorum ſubiecta, corruptam humiditatẽ cretebri, uel uaporem uinoſum aliunde

uenien-

uenientem in epilepſiæ ſpeciebus ſignificat.

## DE VISV.

LApſus cerebri, nerui obtici, tunicarũ oculi, uel humoris eius, aut ſpiritus, ingerunt uiſui nocumentum.

## DE MEMBRIS ORGAnicis, & de paſſionibus oculorum.

ILleſis organis poteſt ſpiritus uiciari uaporibus, ut cõfirmat ſcothomia & uertigo.

Nõ patitur lucem ſolis, oculus plenus aquoſitate.

Quibuſcunq; uapores colerici aut calidi ſtomacho reſoluti, uiſum obtenebrãt, his in fine refectionis expedit aquam ſumere frigidam cum manifeſta ſiti, & maxime circa ſomnium.

In habentibus palpebram ſcabioſam, uel pilorum reflectionem pungentem oculus perfluit lachrymis inceſſanter.

Quibus cerebrum reumatizat, & cibis ingurgitantur uel potibus, oculi quauis aura leniſſima promptiſſime lachrymantur.

Quibus palpebra ſuperior prę magni-

tudine complicatur in oculum, neceſſe eſt orbem eius pungere ſuis pilis.

Rugoſa palpebra ſi deturbetur in medio, ceſſabit cruciare.

Si ruga ſuperueniens in medio palpebræ, forpicibus aut diu conſtricta cũ maſcellis inflexibilibus decidat arefacta mãtica palpebralis, oculo poterit confirmari.

In palpebra moderata ſi pili reflectantur, oculum cũ fuerint extirpati, mox conuenit ſitũ eorum cum acu profunde cauterizare. Sanato cauterio meatus unius pili, cauterizandus eſt alter porus, interim cæteri reflexi cum exterioribus glutinentur.

Palpebra ſcabioſa cum inuerſatur, granoſa & rubea fit, ſemper eſt grauis.

Pinguedo congeſta inter intrinſecam tunicam & extrinſecam, & nodus & ſcabies palpebram grauant, & oculum prohibent aperiri.

Venoſitates in cornea innaturales ſemper procedunt à coniunctiua, & ideo cũ extirpantur ab ea marceſcunt in cornea.

Vulnerum cicatrices in cornea ſemper albæ, quæ uero in coniunctiua ut plurimum rubeæ.

Vide-

Videre clare res paruas tãtum ex propinquo, claritatem cerebri ſignificat cum ſiccitate, & paucitatem ſpirituum.

Videre turbide res groſſas tantum ex propinquo, turbiditatem cerebri ſignifificat, ex materia uaporoſa in uenis eius, imo in rethi.

Quibus uterq; oculus caligat, altero clauſo clarius uidet.

## DE AVRIVM PASSIOnibus.

ABlatio auditus & diminutio frigiditatem cerebri uel inſtrumenti ſignificant.

Permutatio auditus, audire impetum aquæ, campanas, ſufflationes uentorũ, malleationes, cõcuſſiones arborum, tonitrua, frixationes, immoderatam ſiccitatem in media parte cerebri, aut uelaminum, ſignificat res groſſas, uapores aut uentoſitates aliunde uenientes, uel ibi generatas. Audire quaſi à remotis humiditatem.

Quibuſcunq; poſt obturationem auris reuiuiſcit auditus, hunc proculdubio frigiditas hebetauit.

Denſatio reumatis intra caput non ſo-

lum parit grauedinem,ſed tinnitum.

Surditas magna & antiqua, medica-minis auxilia non admittit.

Surditas paulatim ſuperueniens,& cō-tinue cum fe.uel ſine fe.perpetuatur maxi-me quibus ætas declinat manifeſte.

Quemadmodum naturales effluxio-nes aurium felle,ſurditate ſuperueniente curantur,ita & ſurditas fellis emendatur liquoribus,& maxime aurium.

Olea intro candida,uel acutis aperiti-uis comparantur.

In uulneribus auris præcipue longi tē-poris fabularum auditus uincandus & ſonorum.

Fluores aurium diuturni temporandi ſunt,non conſtringendi & maxime ſubi-to.

## DE PASSIONIBVS NA-rium.

ABlatio odoratus ſiue ſtrictura, & e-ius dimiſſio ſine opilatione narium frigiditatem cerebri ſignificat.

Permutatio odoratus, fœtor ſiue im-munditia,humores corruptôs ſignificat in cerebro.

Olfactus recenter amiſſus,acutis odo-ribus

ribus & ophthalmicis, reſtauratur frigi=dis & humidis liquoribus, & uiſcoſis diminutis.

Quibus olfactus triennio abfuit, ſem=per deficiet.

Carentes olfactu, ne delectari nec tri=ſtari poſſunt odoribus.

Quicunque diligentius uigilādo quàm dormiendo caput operiunt, ijs ut pluri mum ſanguis è naribus crebro inſtillat.

Si fluens aquoſitas in corizam ſubito reſtringatur, non ſolum grauabitur pro=ra capitis, ſed auditus & uiſus recipiēt no cumentum.

Indecens rubedo naſi & maxillarum, cum manifeſta uenoſitate illarum parti=um nequit extergi, quouſque ruptorijs cor=roſiuis uultui proportionatis, extirpatio uenarum pręmittatur, cicatrix ibidē ęqua lis & ſolida procuretur.

## DE CONSERVATIONE memoriæ, & aliarum uirtu=tum ſanitatis cerebri.

EXterior excedens frigiditas lædit me=moriam, pręcipue nocturna, propter malam capitis coopertaram.

Caliditas intenſa ualde, quandoque

permiſcet rationem & memoriam, & illam inde lædit.

Excedens cibi & potus quantitas, memoriam multum lædit.

Ciborum fumoſorum commeſtio, & potus, & alliorum, porrorum, ceparum, porri, caſei & leguminum, uirtuti nocent plurimum memoriali.

Ex frigidis fructibus atq; humidis, & alijs crudis refectio, lædit memoriã atq; corpus.

Fructuum ſtipticorum uel per naturã, aut per artem poſt comeſtionem temperata acceptio, prohibendo fumos eleuari, memoriam iuuat ualde.

Fructibus aliquibus per aſſationẽ ſtipticis, bonitas acquiritur, ſicut ſunt, pyra hyemalia regulata, ſicut & ſunt auellanę, caſtaneæ, nuces atq; ficus.

Carnium non caſtrati arietis, medullæq; mutonis frequens comeſtio, & tota proprietate memoriam debilitat atque lædit.

Temperatorum ciborum & potus, ſicut gallinarum & perdicum, pręcipue cerebeliorum, earum tẽperata refectio non tantum confortat memoriam, ſed etiam totum corpus.

Potus

Potus excedens uini uel aquę ſpecialiter excedentis frigiditatis actualis corpore nimis calido calorem naturalem depauperat ſtomacho, & per conſequens memoriam debilitat atq; lædit.

Potus poſt commeſtionem, dum cibi fiat ebullitio, digeſtionem interrumpés, memoriæ & cerebro nocet ualde.

Ante refectionem corporis procurare moderatum & conueniens exercitium, non tantum memoriæ, ſed cæteris uirtutibus prodeſt ualde. Spaciari enim & delectari ſenſui ſunt intellectus.

Quies autem ſuperflua calorem debilitat, ſuperfluitates retinet & aggrauat, quare lædit memoriam & uſurpat.

Somnus ſuperfluus & uigiliæ nimiæ, caput, & etiam memoriam ualde lædũt.

Somnus comeſtioni propinquus, priuſq; cibus ad fundum ſtomachi deſcenderit, ſurripit memoriam atq; aufert.

Superfluitatum per inteſtina, per nares, per palatum, per urinam, per os, per aures, & per fricationem capitis cum pectine, conueniens & debita expulſio, confert uirtuti plurimum memoriali, hoc eſt poſt ſomnum & exercitium faciendum.

Sol-

Sollicitudo uiſorum uel auditorũ frequens recordatio, memoriam confirmat & corrobotat.

Gaudium temperatum & honeſta delectatio, non ſolum memoriam, ſed uirtutem intellectiuam, & cæteras uirtutes corporis etiamiam augmentat.

Sæpe lauare pedes in aqua calida in qua bulliarint melliſſa, & folia lauri, camomilla, & ſimilia, memoriæ, capiti, & oculis ualde confert.

Dormire calciatis pedibus, præcipue ſotularibus, memoriam impedit atque ſenſum.

Lauare caput & decimo in decimum diem cum lixiuio, in quo calefacta fuerit, Camomilla, melliſſa, uel ſaluia, uel maiorana, uel lauri folia, & ſimilia, memoriam corroborat & confirmat.

Stare pedes poſt comeſtionem, ſuauiter deambulare, multum expedit atque confert.

Coriandri præparati poſt commeſtionem aſſumptio, prohibendo fumos ad caput aſcendere, memoriam multum iuuat.

Maſticatio maſticis cum modico ℥. fa

ſta ieiuno ſtomacho ab humiditate phlegmatica ſine moleſtia caput purgat, & unde impedita memoria confortatur.

Pliris cum muſco paſſulę & anacardina confectio, mirabulani quoq; conditi confortant memoriam & reſtaurant.

CANONES AEGRITVDInum membrorum ſpiritualium, nutritiuorum & generatiuorum, & primo de ſpiritualibus.

PTiſici & quicunq; extenuati, celerrime caliditatibus aeris in profũdo corporis alterãtur, maxime ſi rari fuerint naturaliter, ut colerici, uel accidentaliter, ut qui diu febribus languerunt.

Quicunq; febricitantes expoſuerunt membra nuda frigido continenti, uel ut in laborioſis febribus, dolorem in articulis patiuntur, & moleſtam incurrunt tuſſim.

Extenuatos præcipue iacentes in manſione frigida, uel reumatica tuſſis infeſtat, niſi tunicatis brachijs & torace iacuerint, & capite pileato, maxime ſi raſum extiterit.

In extenuatis corporibus pãniculi ſpiritua-

rituales & animales, & cerebrum repente & immoderate læduntur à frigido aere, uel à quibuſcunq; actualiter frigidis.

Repentina panniculorum ſpiritualiũ infrigidatio ſubitam introducit anhelandi difficultatem, quæ ſi nimium contrahantur, immoderatum cauſſabit doloré, & interdum ſincopim atq; mortem, conſtrictis capſulis cordis.

Tunica lanea ſenſibiliter calefacit, & anguſtiat patientem. Bombicina uero uel ſericina uel linea interclusa bombace, ſufficienter à frigore protegit, neq; æſtuatione uexat infirmum.

## DE SVDORE.

QVotienſcunq; ſudauerint tunicati, maxime graciles expedit mutare tunicam, ne corpus lædatur infrigidato ſudore.

Quanto tunica calidior, aut minus fuerit ſpongioſa, tanto copioſius reflectit ſudorem, & ideo conuenit in prædictis feſtinantius deponere.

## DD EPATE CALIDO.

Quibuſcunq; caliditas epatis cauſſat conſtipationem, ab aquoſis dulcibus, uelut uuis & ceraſis, fortius conſtipantur,

maximè ſi fuerint meſeraice latę, nam ter teum fortiter exiccatũ, cõſtipat inteſtina.

In habẽtibus meſeraicas latas, & epar calidum, multitudo potus, non tamen immoderata, cõſtipationem prohibent ſolui frigidioribus & inteſtinis nimium mollificatis, nequeĳt inferiora ſuperiorũ conſtrictione iuuari. Si uero immoderata fuerit nec epar attrahere, nec inteſtina potuerunt retinere.

## DE FEBRIBVS.

Qui in multis temporibus in contemplatione uixerunt, & maximè cibo pauciſſimo celeriter eos febris uitali depauperat ſpiritu.

## DE ADMINISTRAtione uini in febricitantbus.

QVibuſcunq; febricitantibus arteriæ ſunt anguſtæ, modicumq́; ſpirituũ continentes, necſſe eſt uino ſubtili & debili ſpiritus fouere uitales.

Febricitantes qui penuriam ſpirituum patiuntur, niſi uino caute refocillentur, cito deficiunt.

Quibuſcunq; febricitantibus ſtomachus fuerit frigidus, caput autem forte, & uix paſſibile uinum congruentius adminiſtra-

niſtratur.

Soluti ſudoris ablatio, tam in ſanis quàm in lapſis, & maximè febricitantibus, opilatos & clauſos indicat poros cutis.

DE VOCE.

DIminutio uocis euaneſcens per clamorem & loquendi conatum, aut per ſudorem & calefactionem ex motu à frigiditate cauſſatur, & partim ex humiditate.

Vox rauca in loquendo & non in clamando, uel in loquendo ſubmiſſe, & nō alte, humiditatem tantū circa epiglotū eſſe ſignificat, quæ per clamorem excutitur aut conſumitur.

Rauca uox in clamando ſignificat humiditatē diſſolutam, ex conatu ad organum uocis procedere, ſi cū raſcatione ex capite, ſi cum tuſſi aut cū ſubito ſaltu granorum ad guttur intercipientium uocē à pulmone procedit.

Quorum caput humidum eſt & reumatiſmis abundans, in acutis uocibus feſtinanter muteſcunt.

Raucedo quam introducunt fortes & ſubitæ alterationes qualitatū appoſitarū, ut plurimum eſt perpetua.

Qui-

Quicunq; maſticabilia bene degluti-unt, potabilia uero transfluere non poſ-ſunt, uel difficiliter, his uocalis arteria ne quit obturari ſufficienter ab epilgoto ex uno quidem latere, ſi difficiliter, aut ex ambobus, ſimili modo ualeat deglutire.

Si trachea arteria prohibeatur obtura-ri, ex uno latere per partem oppoſitam la teris ingeniatur natura potum traijcere.

Nimij & aſſidui cantandi uſus, uel al-te clamandi, pectoris meatus dilatat, & panniculos ſpiritualium membrorum relaxat.

Quibuſcunq; ſpiritualium meatus ni-mium dilatantur, his attractus aer ab eo-rum pectore cito egreditur.

Aer inſpiratus ſi moderata diſpenſati-one nequeat expelli, uocis officium non poterit diu continuari.

Quibuſcunq; cantantibus inferior cli-banus aut ſtomachus æſtuat, aliàs, reſo-nat illis multa uentoſitas, & ſubtilis ibi-dem includitur circa frenem aut ſtoma-chum habentem tunicas ſiccas & tenu-es.

Quibuſcunq; ſanguis phlegmaticus dominatur, & uiſcera ſua naturaliter ſũt

calida & robuſta, his phlegmatica ſuperfluitas ad cutem copioſe propellitur, & candida morphea ſæpius maculantur, hoc autem illis præcipue contingit.

Sicut anhelitus & inſufflatio cum ictu, & uox & loquela ſunt actiones per ordinem ſe habentes, cum læditur ex prioribus, neceſſario læditur, quodlibet illi poſterior, & non è conuerſo. Similiter in digeſtione prima, ſecunda & tertia, nec nõ in ſenſu & imaginatione, extimatione & memoria, & ſic de alijs.

Sicut anhelitu lęſo læduntur lacerti pectus ambientes, ſic læſa tantum inſufflatione, primo neceſſario patiuntur lacerti, quæ ſunt intra coſtas. Et læſa ſolum ictuali, patiuntur gulæ lacerti, læſa quoq; uoce tantummodo læduntur ſolum muſculi gutturis, hoc eſt, regionis epigloti. Si tantum loquela læditur ſine pręcedentibus, tantum lęditur lingua, uel aliquod coadiuuantium membrorum ad loquelam, ut labia, dentes, palatum & nares.

## DE PASSIONIBVS MEMbrorum nutritiuorum, & primo meri & ſtomachi.

Qui-

QVibuſcūq; ſolito & ſine nauſea globus aut nodus ab ore ſtomachi ad guttur aſcendere uidetur, & cibi tranſitum impedire, his craſſa uentoſitas inter yſophagum & lacertos concluditur, aut inter tunicas meri, ſi cum dolore aſcenderit.

Quibus uero cū faſtidio & nauſea globus aſcendit, glomeratos lumbricos ſuperius pelli ſignificat.

Quoſcunq; ſollicitudo immoderata uexauerit, ſomnum impediens naturalē, ſi copioſe reficiantur, neceſſe eſt eos indigeſtione grauari, & reumatiſmis refluere, quapropter timēdum eſt ydropoſim aut obliuionem, aut litargiam, aut ſcrophulas, aut glanduloſas collectiones generari, niſi ſuperuenerit fluxus uentris. Quod ſi ſollicitudines importunas ſæpe timor concomitatur, alienationem uel cardiacam periculum eſt oriri.

Importuna ſollicitudo corpus macerat & extenuat, præcipue ſi crebra triſtitia uel illud comitetur.

In prurituu & puſtulis ſanioſis, pedum & tibiarum expedit calciamenta deponere, ſaltim ſtricta & lanea.

Fomentationes aquæ calidæ ſunt uitādæ, ſed carnoſis eſt utile balneum aquæ frigidæ.

Quibus epar calidum & ſtomachus frigidus, neceſſariū eſt uenas eorum crudis humoribus & phlegmaticis abundare, præcipue ſi copioſe reficiantur. Nā cruditas chili per actionem epatis nequit corrigi.

Quibuſcunq; ſitis ex ſalſo phlegmate cauſſatur, his uinum purum uel aqua calida ſedat efficatius eam, q̄ mixtum & frigida.

Quibuſcunq; tenditur cutis immoderate, ſicut ydropicis, uel ſudare nequeūt, uel difficulter, etenim porri tēſione ſtringuntur & obliquantur.

Quoſcunq; ſine febre uexauerit amaritudo, ſi deliquerit ſumpto cibo, neceſſe eſt hos, aut induratis, aut acidis fecibus conſtipari, uel pręter ſolitum ad piloton, id eſt, ad fundum uentris effluere choleram. Si uero ſumpto cibo & maxime humido nil remittatur, aut parum, neceſſe eſt in uenis oris ſtomachi concludi choleram.

Quibus in ore ſtomachi colera concluditur,

ditur, aliàs conculcatur, hos dolor pro=grauat in prora capitis, & amaritudo & ſiccitas colerico moleſtantur.

In crapuloſis, habentibus uentrem ſti=pticum, ut plurimum ſcrophæ multipli=cantur.

Quibuſcunq; ſtropus abundat intus et exterius, his extrema cito infrigidantur, & grauiſſima quoq; ſunt corpora, et mox in labore deficiunt.

Vorantes, & quicunq; deglutiũt ut plu rimum cibum immaſticatum, non eua=dunt capitis nocumenta, nam aut uiſus caliginem, aut dolorem, aut putredinẽ dentium patiuntur, aut aliquam cepha=leam.

Quibus cor eſt paruum & epar, angu=ſtæ ſunt omnes uenæ.

Quibuſcunq; febricitantibus ſtoma=chus fuerit frigidus, caput auté forte uix paſſibile uinum congruentius miniſtra=tur.

Quibus craneum ſpiſſum, & cerebrũ medulloſum, & temperatum miringe quoq; ſolidę talibus, ut plurimum caput forte, nec leuiter patiuntur dolores in eo dem.

## DE EPATE.

QVibus epar eſt calidum, neceſſe eſt chimos corporis, quantuncunque crudi extiterint, aliqualiter ſint acuti.

In habentibus epar calidum, & meſeraicas latas, ut plurimum ſiccæ ſunt egeſtiones, & uelut aduſtæ.

Corpora quæ crudis & acutis abundant chimis, contrariarum qualitatum mutationibus alterantur. Et cum exercitijs incaleſcunt punctis, id eſt, puſtulis rubeis, prius maculata cutis tandem albeſcit.

Calidi enim & acuti humoris impreſſio uaporoſa, præuenit frigidi & compacti humoris impreſſionem, quæ tardius illo diſſoluitur.

In quibuſcunq; corporibus abundauerint chimi crudi, ſi calidi & acuti humoris impreſſio excedens ſuperuenerit, in aliqua parte corporis immoderatam illius oſtendit malitiam, quia nimis eſt fortis ignis qui figet in aquis, uel qui in aqua non extinguitur.

Epar habens calidum & colericum, ſi ceciderit in áſclitem uel hypoſarcham, neq;

neque calidis neq; frigidis poterit emendari, ſed ſufficit medico retardare periculum.

Colerici & in quibus epar eſt calidum immoderato potu, uel uſu fructuũ aquoſorum in hypoſarcham, interdum & ſæpius incidunt in aſclitem. His uero aſſiſtẽtibus igni, ſicut exigit cocorum officium, crebro percutiuntur arthetica uagatiua, cruda aquoſitate petente iuncturas, quæ ſæpius motu dilatantur, ut ſpondile lumborum.

Quibuſcunq; languentibus, aſclitæ uel hypoſarca ſuperuenerit, carbunculus uel antrax, proculdubio mortem uicinam eſſe denunctiat.

Quibuſcunq; iuuenibus epar calidum conſtipationem inducit, his potus aquæ frigidæ ſubuenit, præcipue ſi ſumatur circa principium refectionis.

Quibus uapores à ſtomacho colerico uel calido reſoluti, uiſum obtenebrant, his in fine refectionis expedit aquam ſumere frigidam cum manifeſta ſiti, & maxime circa ſomnum.

Qui lacticinijs cibis, & piſcibus, atque holeribus ueſcuntur, ut plurimum neceſ-

ſe eſt horum ſanguinem abundare phle-gmate, maxime ſi cum ijs fructibus aquoſis utantur.

Quibuſcunq; ſanguis phlegmaticus dominatur, et uiſcera ſua naturaliter ſunt calida & robuſta, his phlegmatica ſuperfluitas ad cutem copioſe propellitur, & candida morphea ſæpius maculantur, hoc autem illis præcipue contingit, quibuſcunq; crebro ſub ueſtibus ſudor concluditur.

Circa uentrem ubi ſudor maxime coartatur, morphea ſæpius incipit, & ad ſuperiora ſæpius protenditur, uaporis phlegmatici motum ſequens.

Purgati, & alimenta phlegmatis euitãtes, à morphea celeriter emendantur, aquis ſulphureis, & ardentibus, atq; ruptorijs medicinis.

## DE INTESTINORVM & partium uentris paſſionibus.

IN diuturnis uentris ſolutionibus, niſi caute protegatur, anchatum regio, patienſq; ſederit in ſella, pannis calidis circũtecta, uexabitur in poſtremum nefreſi, uel dolore lumborum.

Qui-

Quibuſcunq; uexatis tortionibus, aut alijs uentris doloribus, abſq; febre uel ulcere non remediantur, per calefactorium uel clyſtere, uel balneum aquæ calidæ, ijs filonium, aut alia ex magnis opiatis, recentibus, aut non recentibus, ſenibus aut iuuenibus conuenit miniſtrare.

Quibuſcunq; uenter fuerit ſtipticus, & chimi crudi atq; acuti multiplicantur in uenis, ut plurimum ſcabie uexantur, & immunditijs cutis.

Iuuenes qui à fluxu colerico moleſtantur, & maxime in æſtate, copioſus potus aquæ frigidæ liberat, ſi ſumatur urgente ſiti, præcipue circa refectionis principiũ.

Iuuenibus colericis, in uijs urinalibus ulceratis fluxum patientibus urinalem, expedit abſtinere à potu uini, & maxime acuti.

In aſſuetis diu ſedere, quorũ mens ſtudio diſtrahitur, præcipue quando diuerſoria ſunt remota, nimis retenta coartantur ægeſtio & urina.

Quibus ægeſtionis & urinæ ſuperfluitates diutius retinentur, neceſſe eſt lumborum, aut circumiacentium membrorum paſſiones incurrere.

Aſſuefactio ſimplicis ſuppoſitorij, uel clyſteris, in illis qui à conſtipatione grauantur quotidiana, non offendit naturam.

In regulanter conſtipatis obſeruantia dietæ laudabitur.

Laudabilis uſus nocumenta non corrigit, ſed prohibet augmenta, & ideo melius eſt, ut corrigatur ſecundum quod naturæ curſus permiſerit.

Intentionum rerum conſpectarum tẽpore generationis, efficaces in genitis relinquunt impreſſiones.

Vigiliæ ueſpertinæ ſolennitatis uentralis, leuitatem ſtrangulant matutinam.

Quibuſcunq; uenter immoderate tumeſcit abſq; dolore uel impregnatione, his inter ſifach & nutritiua, multa coartatur aquoſitas, uelut in aſclite ſicca, & multa uentoſitas, & in tympanitæ: Vel ſi mulier fuerit à matrice extenſa à uentoſitate, mediocris tumor cauſſari poteſt.

Venter qui mediocri uentoſitate tumeſcit, exterius percuſſus, tympanizat interius.

Si uentus clauſus ui matrice tetenderit mulieris uentrem, tunc exitus fœminæ, id

id eſt, uuluæ ſeptus ſæpius ructuabunt.'

Quibuſcunq; uentus à ſifach retinetur, his ſumptis aperitiuis, ructuat per os ſurſum.

Tumor qui deliteſcit fomentis modetate calidis, & infra diem naturalem reſurgit, aut circiter à tenui uel mediocri uẽtoſitate cauſſatur.

CONSERVATIO IN LApſis corporibus, cum ijs quæ lapſum corrigunt leuiter, ſecurius exercetur.

AEtas & innata complexio, atq; conſuetudo ſemper attendi debent in moderanda uirtute correctiuorum.

Vbi complexio naturalis cum ætate cõiungitur declinanti, præcipuum eſt uſus temperatorum in qualibet anni quadra.

Sicut calidiora modicum temporatis conueniunt uſui tempore hyemali, ſic æſtatis temporibus frigidiora conceduntur.

DE CONFERENTIBVS & nocentibus iuncturis, & primo de nocentibus.

POſſibilitas iuncturarũ nequit uſum nocentium in quantitate notabili tole-

lerare, pedes corporum prędictorum aer offendit, excellenter infrigidans, & faciens æſtuare. Omnis fatigatiua deambulatio lædit eos, & maxime ſumpto cibo, prolixaq́ ſuſpenſio pedum facit idem.

Hyemalia pira & mala coctana, caſtaneæ, uuæ brumales, & ſubſtantiæ leguminum & raparum, iuncturis omnibus aduerſantur.

Lactans porcellus aut fluuiales aues, et uetuſtæ gallinæ, perditialiter feriunt iuncturas inferiores cum modico interuallo.

Minas terribiles infert iuncturis & capiti, qui lac animalium cum cibis et uino frequenter ſumit.

Piſces beluales, ut murex & anguilla, iuncturis inferioribus ſemper inimicantur.

Potus qui non expectat iuditium uerę ſitis, iuncturis miniſtrat grauamina læſionis.

In dormientibus nimis lædit articulos decubitus reſupinus.

Sicut auarus uenter opprimit omnes artus, ſic eius quotidiana largitas fouet eos.

Extre-

Extremis artubus naturaliter excitat iracundia tempeſtatem.

DE CONFERENTIBVS iuncturis.

FLores amygdali, nec non mirti & camomillæ, melliloti, atque roſæ, ſemper iuncturis poſſunt conuenienter adminiſtrari.

Acorus hædera non arborea ſed terreſtris, iuncturis omnibus ſpecialiter amicantur.

Nux indica iuncturis & neruis præ cæteris terræ naſcentibus, multipliciter eſt amica.

Saluia parum cocta, & crebro ſumpta in fine refectionis, miniſtrat eis inextimabile iuuamentum.

Qui ſæpius calcat uuas, ac muſto recẽti balneat pedes ſuos, rariſſime podagrizat.

Floribus alcannę, laxi pedes fragiles perpetuo roborantur.

Verbena geſtata recẽs circa columnas pedum, uiribus occultis prębet iuuamen ijſdem.

In terris aluminoſis, pedibus nunquã deeſt robur proſperitatis.

Fo-

Fomentationes quoque aquæ calidæ ſunt uitandæ, ſed carnoſis eſt utile balneum aquæ frigidæ.

Cœleſte ſigillum dolores pedum fugat inæternum.

SENTENTIARVM MEdicinalium Arnoldi Neocomenſis, Finis.

# ARNOLDI NOVICOMENSIS DE morbis ueſtigandis, Regulæ.

PRIMA.

OMnis morbus incipiens à conuenientia particularium, minus eſt adflictiuus, q̃ incipiens à contrarietare particularium, uel è conuerſo.

SECVNDA.

Omne ſimile ſuperueniens morbo, acuit ipſum & augmentat.

TERTIA.

Omne contrarium ſuperueniens morbo, compeſcit ipſum & minuit.

QVARTA.

Omne ſimile incipiens cum morbo, quantum eſt de eſſe morbi, ſignificat materiam eſſe paucam.

QVINTA.

Omne contrarium incipiens cũ morbo, quantum eſt de ſe, ſignificat materiã eſſe multam.

In-

SEXTA.

Inſtans conuenientia cum morbo, ad facilem eius generationem diminuit periculum, quod ex eo timeri poteſt.

SEPTIMA.

Inſtans conuenientia particularium, quantum ad efficientiam immutādi corpus, auget periculum quod à morbo timeri poteſt.

OCTAVA.

In morbis in quibus particularia partim conueniunt, & partim contrariantur, uel è conuerſo, ſi interiora conueniant, exteriora contrariantur, uel è conuerſo, cum fortis eſt, qui à forti non uincitur alterante.

NONA.

In omnibus morbis incipientibus cū conuenientia omnium particulariū, magis neceſſarium alterare, ꝙ̄ euacuare. In oppoſitis uero oppoſitum, & in medijs medio modo.

DECIMA.

In omnibus morbis incipiētibus à cōuenientia omnium particularium, ſufficit euacuatiuum debile in uirtute, in oppoſitis uero eſt neceſſarium forte, & in me-

mediocribus mediocre. Et iſtæ duæ regu
læ oriuntur à quarta & quinta, quæ ſunt
de paucitate & multitudine morbi mate
riæ.

# EIVSDEM AR NOLDI DE CVRATIONE Febrium, Regulæ quadraginta.

## PRIMA.

SI febris continua ſuperuene-
rit, paulùlum poſt receptio-
nem cibi, & febris ſit cum do
lore, uel ſine dolore, primo
debemus eum euacuare per
clyſteria, uel ſuppoſitoria, antequàm de-
mus priſanam, uel potum alium, uel ci-
bum, ſecundum quod natura febris exi-
get.

## SECVNDA.

Si infirmus eſt bonæ habitudinis, uel
non bonæ, & ſolum habeat uenas latas

& groſſas, & apparentes, et bene ſuſtinet phlebotomiam ſine ſincopi, phlebotometur, niſi in eo iſta accidentia fuerint, ſcilicet conſtipatio uentris, nauſea uel faſtidium, dolor ſtomachi, raucedo uocis, nā in tali caſu omnia iſta confirmantur, & deteriora fiunt.

## TERTIA.

In febri antequàm facias phlebotomiam, primum conforta orificium ſtomachi, cum pane infuſo in uino acerbo, uel agreſta, uel uino malorum granatorum, uel alio uino odorifero, ut fluxus cholericus uel alterius humoris ad ipſum penetrare prohibeatur, maxime in cholericis, & iſtum fluxum habere conſuetis, cauſſat enim ſyncopim, & interdum mortem.

## QVARTA.

Vide etiam ut Luna ſit in bono ſigno, & ne ſit dies Aegyptiaca, uel infortunata. Luna uetus ueteres, iuuenes noua Luna requirit. Senes uocātur, qui ſupra quadraginta ſunt annos, ijs poſteriores quar

tæ

ſæ lunares conueniunt.

QVINTA.

In tertiana non debet fieri phleboto=mia, niſi poſt tertiam & quartam acceſſionem, ut ſit facta ſeparatio maligni à be=nigno.

SEXTA.

Si phlebotomia nõ eſt facta intra qua=tuor dies, tamen non eſt prætermitten=da, & poteſt fieri intra 40. dies, ſi uirtus infirmi tollerauerit.

SEPTIMA.

Quinquagenarijs licet non conueni=at phlebotomia, ſcilicet in conſeruatione ſanitatis, tamen in neceſſitate, & ægritu=dine imminente, non eſt prætermitten=da.

OCTAVA.

In febricitante cholerico non eſt extra hendum multum de ſanguine una uice, quia exaſperaret magis choleram, quia

humiditas ſanguinis eſt frenum chole-
ræ. Succus in aliјs bene habituaris, ſang-
uineis uel phlegmaticis.

NONA.

Corpore per phlebotomiam euacua-
to, factaq; ſolutione uentris per clyſteria,
& ſuppoſitoria, infirmus eſt cibandus ſe
cundum formam febris.

DECIMA.

Si febris fuerit acuta, nomine abſolu-
ta, conuenit ptiſana non colata, aut aue-
natum, & ſimilia. Item amylum, lactuca
& ſimilia, extremitates animalium, &
huiuſmodi. Sed quando eſt acuta, conue
nit dare ptiſanam colatam, aut auenatū
colatum, lac amygdalarum, pruna ſuge-
ræ, & poma, ſine pane. Sed in peracuta,
nufil debet dari, niſi potum aquæ, uel cū
ſyrupis ſimplicibus, ut in lex oxiјzacha-
ra, ſyrupus acetoſus ſimplex, unde illa
quæ poſſunt dari in peracuta, & in acuta
nomine abſoluto, & non è conuerſo.

VNDECIMA.

Medicus non debet dare ſyrupum cō-
poſitum uel diureticum in principio fe-
bris, donec materia uideatur digeſta.

Duo

DVODECIMA.

In febre acuta non conuenit ſyrupus compoſitus uel diureticus, quia materia febrium iſtarum, eſt materia ſubtilis & acuta, & non indiget ſubtiliatione, ſed ſolum alteratione cum iſtis ſyrupis ſupradictis, & alijs ſimplicibus quę tibi uidebuntur.

XIII.

Terminus febris acutæ nomine abſoluto eſt 14. dies, unde in illa eſt dietandũ groſſius, propter longum terminum quẽ habet.

XIIII.

Terminus febris peracutæ eſt quatuor dies, quare conuenit eis dieta magis tenuis, propter terminum ſuum qui breuis eſt.

XV.

Terminus febris perperacutæ eſt quattuor dies, quare conuenit ei dieta magis ſubtiliatiua, quia terminus eius breuiſſimus, unde in tali febre ſolus potus aquæ ſufficit, & ſi aliter cibaretur, mortis periculum immineret.

XVI.

Medicus debet perpendere pectus in-

firmi, utrum ſiccum habeat, uel tuſſiat, quod ſi tuſſit, uel ſiccum habet, aut ſtri- ctum, uitanda ſunt omnia acetoſa tam in cibis q; in potibus.

XVIII.

Medicus non debet dare acutam me- dicinam, & eradicatiuam in principio fe brium acutarum, ratio. quia materia quę nondum eſt digeſta, & in uenis ebulliet, magis inde accenderetur, & inde mors immineret. Debet namq; medicinam le nitiuam, & cum hoc infrigidatiuam, ſi- cut eſt caſſica fiſtula, illa non commouet humores, ſud ducit tantum feces.

XIX.

Debet etiam perpendere medicus, an cum febri infirmus patiatur anguſtiam uel uexationem in ſtomacho, & in tali caſu medicus debet dare de optimo ui- no mero, cui miſceatur panis toſtus, & & ſemper detur modicum, imponatur etiam emplaſtrum ſtomachale.

XX.

Si febricitans habeat ſtomachum in- firmum, phlegmaticum, uentoſum, uel frigidũ, nec, nec fructus, neç herbas, nec aquam hordeï, neç ordeum coctum, eis dato.

dato. Potes autem dare lac amygdaletū cum pane loto in aqua calida. Item, pullum cum brodio ſuo. Item, uinum leue, lymphatum, & panis torrefactus, infuſus in eo.

XXI.

Caue te fallat hypoſtaſis, quæ aliquando uidetur digeſta, & cum nubecula, cū potius ſit illa ſuperfluitas humoralis.

XXII.

Si materia febris rapta fuerit ad caput, ponantur eiſdem locis ſanguiſugæ, poſtea uenter procuretur cum caſſia fiſtula.

XXIII.

Si de die in diem urina inceperit clarificari & attenuari, ſignificat materiam recipi ad caput.

XXIIII.

Si in perturbatione urinæ ſuperuenerit fluxus uentris, uel urinæ multiplicentur in quantitate, & infirmus non deſinat, non malum.

XXV.

Si quantitas urinæ diminuatur, & fluxus uentris augmentetur, non eſt periculum, ſecus ſi è conuerſo.

XXVI.

In dolore capitis, & in grauamine rationis, uinum ſummopere cauendum eſt.

XXVII.

Si medicus uidet febricitantem aridú, & extenuatum, & cum tuſſi ſicca, doloremq́ in lumbis & omnibus membris, iudica quod illud prouenit ex ſiccitate, & tunc procedendum eſt cum regimine ethicæ, ungendus æger oleo uiolarum et roſarum.

XXVIII.

Si infirmus ſic conſtitutus, ut dictum eſt, ſentiat puncturas in pectore, & tuſſit, ſignificat illic eſſe humorem, & conuenit adhibere oleum camomillæ.

XXIX.

Si infirmus ſit conſternatus, dolet continue per omnia membra, ſignificat diſcurſum humorum per totum corpus.

XXX.

Si febricitanti ſuenter fluat, ne reſtringas, donec deficere uideris ægrotum.

XXXI.

Dolor capitis in febri continua, leuatur per clyſteria, ſuppoſitoria, per colationem caſiæ fiſtulæ. Item ligentur primo crura ligatione doloroſa, deinde fricentur

tur pedes & tiliæ fricatione leui, & ponã tur in aqua in qua decoctæ ſunt cannę ſa- lices, & modicũ camomillæ, uel in pau- ca aqua tepida, mixta cum aceto, uel in aqua in qua decocta ſunt paleæ ordei & camomilla.

XXXII.

Medicus perpendat de lingua febrici- tantis, quę ſi nigra eſt, ſignificat magnam aduſtionem materiæ, & ſitit infirmus. In fundat igitur pruna in aqua, quibus per- mollitis, teneat in ore, & aquam illam bi bat. Valet etiam, ſi oleum uiolaceum te- neat in ore, & collum retro fomentetur cum aqua tepida. Item oleum uiolarum in aqua, eſt optimum remedium.

XXXIII.

Medicus debet facere quantum po- teſt, cuſtodire febricitantem de omnibus ſeruientibus ei. Quod ſi ſudor ſuperueni- at ei, quod non cogatur per coopertură aliquam, ſed dimittatur in tota ſua liber- tate, & delectabitur. Quod ſi moleſtet eũ deſuper unum lintheamen, remoueatur & ſtet nudus, & uult uertere ſe hinc inde, non impediatur, unde ſi qua fieret, mor- tis periculum incurreret. Sed ſi placeat

ſtare coopertum, tunc teneat tantum coopertuਰam deſuper, quantum delectabitur, & non plus, & ſuſtineat illum ſudorem cum illa coopertura, quãdiu delectabitur, & quando inceperit frequentare anhelitum, tunc ſtatim diſcooperiatur, & euentetur hinc per lectum, ut amplius non ſudet, alioqui mortis periculum imminet.

XXXIIII.

Inter ſudandum ſi anhelent febricitantes, ſignificatur terminus ſudoris illius, non etiam nimium cooperiantur, neque multum coacti ſudent, ſed ſemper permittantur in libertate, & poſt ſudorem cum roſacea aſpergantur, & detur offa panis in uino infuſa, & recreetur.

XXXV.

Si febricitans creticauerit ante, ſigna digeſtionis, propter multitudinem materiæ & acuitatem eius, caue, ut reſiduum eius materiæ educas per medicinam eradicatiuam, aut ſcammoneatam.

XXXVI.

Si febricitans acute, patitur nauſeam, & nihil poſſit retinere, medicus debet iudicare, ꝙ infirmus ſtomachum habeat

phle

phlegmaticum,uiſcoſum,& lumbricos, qui commouent materiam.

XXXVII.

Si urinæ febricitantis incipiunt dealbari,& quantitas urinę non diminuitur, & infirmus habet in ſe omnia accidentia bona,bene dormit, & bene anhelat, & bene egerit,medicus debet iudicare, ꝙ illa febris creticabitur per apoſtema ſub aure,uel in aliquo loco.

XXXVIII.

Si contingat ꝙ ſuperueniat fluxus uentris,uel effuſio urinæ,& urina ſit in ſubſtātia,groſſa & ſpiſſa,tunc materia quæ debebat uenire per apoſtema, purgatur per urinam,aut per illum fluxum, & medicus in iſto caſu debet perpendere, quomodo ſe habet in expellendo illas ſuperfluitates. Quòd ſi non bene ſe habet,lente iuuanda eſt natura,per illam partem, per quam natura eam expellit,unde ſi natura repit per urinam, debet iuuari ad educendum per urinam. Sed quando repit per ſeceſſum,& id non bene, medicus debet iuuare cum agarico ʒi.infuſo in aqua calida,per noctem,& in aurora detur cum ʒij.ſyrupi capillorum Veneris.

Quan

XXXIX.

Quando infirmi recidiuant, oportet ꝙ medicus cognoſcat, an recidiuent per malam materiam quæ remanſit, aut propter malum cibum quem infirmus recipit, aut propter aliquod accidens, ut ita iuſtitia, labor, & pro ratione cauſſæ.

XL.

Quando ſuperuenerit fluxus uentris, & id plus in nocte, ꝙ̃ in die, ſignificat ꝙ ille fluxus eſt de materia catarrali, & per conſequens curandum caput.

THESIVM LIBRI primi, Finis.

# DE VSV PHARMACORVM, ET artifitio ſuppreſſam aluum ciendi, Theſium Liber ſecundus, per Othonem Brunfelſium.

## RATIO SCRIBENDI & diſponendi recepta.

PRimum omnium ſcribuntur flores, inde herbæ, poſt hæc ſemina, inſuper radices, ligna, uel cortices, ad poſtremũ laxatiua, ut ſene, polypodium, & cętera, à fine aromata, ut. 33. Cinnamomum.

In ponderibus, ſemper maius pondus præponitur minori.

Moſchos, ambra, camphora, ſcammoneum, trochiſti alhandal, & quædã huiuſmo-

iuſmodi cum granis ſcribuntur,

Verbi gratia poſt doſim pilularum, cõmuniter grana ſcribuntur ij. tochiſcorum alhandal, diagredij iij. cum ſyrupis appropriatis.

In potionibus digeſtiuis, non ſcribuntur ultra unti. iij. ſyroporum, cum duplo ſemper aquarum.

In ſyrupis magiſtralibus pro iiij. manipulis herbarum, appone libram unã mellis uel ſachari.

Aquæ deſtillatæ uel decoctæ, non porrigantur ultra uncias v.

Pro unaquaq; libra ſuccorũ, adde mellis uel ſachari uncias vi.

Doſis clyſterium frequenter eſt libra i. & ſemis, uel libræ ij ad ſummum.

Opij nõ dãtur ultra grana iij intra corpus, inferne per clyſterem non ultra v.

Nota etiam, quod oleum nõ ponitur in ulceribus, niſi ſint uehementis ſtipticitatis & ſiccitatis, ueluti eſt oleum myrtinum & maſtichinum, & ſi omnino ponendum eſt, non ponitur niſi in hulceribus contuſis, aut fortaſſe ut ſedet dolorem.

Diſpo

## DISPONENDI RECEptas, ut uocant, ratio alia. B. Montegnanæ, alia ab ea quæ ſuperius eſt deſcripta.

IN magnis compoſitionibus & ſyrupis deſcribuntur herbæ, per manipulos, aut partes manipulorum.

Radices in certo numero, ut ij. uel iij.

Semina, ligna, & fructus, partim per manipulos, partim per determinata pōdera, fructus tamen communiter ſcribuntur cum manipulis, ficus & dactyli cū numero.

Ex herbis ſiccis nunꝗ̄ coquuntur ſyrupi, ſed ex recētibus & uiridibus tantum, de reliquis ingredientibus ſecus.

## ORDO DISPONENDI unguenta, emplaſtra, trageas & electuaria.

IN unguentis ordinandis, primo ponātur olea, inde ingredientia alia, cum cera quantum expedit.

In emplaſtris, primum ſimplicia ordine ſupradicto ordinētur, deinceps olea, ad ſupremum cæra, quantum requiritur.

In

In tragematis primo ſpecies compoſitæ, mox ſimplicia in puluerem redacta, demum ſacharum quantum uidetur ſufficere.

In electuarijs, primo conſeruæ, ſecundario ſpecies, tertio ſimpliciũ pulueres, ultimo ſyrupi, pro mixtura conditorum.

Eodem modo in morſellis, quæ ſic uocant, primo ſpecies, poſthæc ſaccharum, ultimo aquæ.

MIXTVRARVM RAtio alia.

Libra una aquæ, requirit mellis librã ſ. id eſt, ſemis, in decoctione.

Libra i. Rob, requirit mellis uel ſachari uncias vi.

Drachma i. ſpecierum, in confectione requirit uncias duas ſachari, uel unciam unam & ſemis.

Trochiſti opiati ordinãtur per ſcrupulum unum, uel ſcrupulum ſemis, nõ opiati, drachmam unam & ſemis.

In epithimatibus uncias decem ſuccorum uel aquarum, poſtulant ſpecierũ drachmam unam & ſemis.

In fomentis, & embrocationibus, ſcribe herbarum ma. i. uel ij. aquarũ librã i.

In

In linimentis unciam unam olei, dato pulueris uel ſpecierũ drachmã unam, aut ad ſummum drachmã unã & ſemis, & cæræ quantum ſufficit.

In conficiendis cæratis unciam unam olei adſigna pulueris & rheſinæ quantum expedit.

In cataplaſmatis, man. unus herbarũ communiter requirit unciam unam & ſemis olei, adipis, uel alterius pinguedinis.

Ad debitam olei & cæræ colliquationem, ad mixturam unguenti miſce, uncias duas oleorum, ceræ unciã ſemis, ut ſit in proportione quadrupla.

In confectionibus magiſtralibus, ut uocãt, ſemper pro drachma una ſpecierũ recipe ſachari unciam unam, uel ſi lubet unciam unam & ſemis.

Pro drachma ſpecierum, pone uncias duas ſachari in tabulis, in morſellis unciam unam & ſemis, uel minus.

Pro unaquaque uncia .i. ſpecierũ confortantiũ, ueluti diambræ, diamuſci, &c. ad redigendum eas in tabellas, recipe ſachari libram unam, ad trageam ſufficiũt ſachari unciæ octo.

A Ad

Ad mollia unguenta, pro omni uncia olei uel ſuccci, pone pulueris drachmam unam & ſemis, cerę unciam, quod ſi libet magis inſpiſſare, adde cæræ unciam ſemis.

## REGVLAE ALIQVOT de medicinarum præparatione.

SCommoneum quia ſtomacho ſupra modum eſt infeſtum, minus in mortariolo teratur, inde enim fiet, ut ſtomacho hæreſcat minus, & ad ducendum uehementius reddatur.

Rhabarbarum paulo ſubtilius teritur, quoniam choleræ antidotus eſt, quæ & ipſa quoque tenuis exiſtit.

Omnium minutiſſime, ſubtiliſſimeque atteritur colocynthis, inde enim hæbetatur ſtomachus, & inteſtinis moleſta eſt minus.

Rudius quoque atteruntur, turbith & euphorbium, eo modo quo & ſcammoneum.

Nunque ſola propinetur colocynthis, quia ueneno ſitate ſua perimit, miniſtrari aût poteſt cum correctiuis ſuis, & ijs quę hæbetant acorem eius.

Pro clyſtere decocturus colocynthim, panni

panniculo inuoluito, ut à decoctione re=
moueas, ne quid ex fruſtulis ad inteſtina
penetret.

Colocynthis ſi ſola prouenerit in plá=
ta ſua, & aliarum copia nulla ſit, colligen
da nequaꝗ eſt, quoniam illa uenenum
uniuerſum ad ſe contraxit.

Idem de Scylla præcipiunt faciendũ.

Quæ eiuſdem ſubſtantiæ, aut ſymboli
non ſunt, ne ſimul teri mortariolo debẽt.

Quanꝗ præſtaret quamlibet ſimplicẽ
medicinam. ante miſturam ſeorſim con=
terere, & in pulueꝛem redigere.

In decoctionibus, lebeti primum in=
dendæ ſunt radices, & ad ſufficientiam
decoquendæ, inde ſtipites, & colicoli,
deinceps folia, ad poſtremum flores, &
quæcunꝗ ſubtilioris ſunt ſubſtantiæ, atꝗ
facilius reſoluuntur.

Vbi in decoctionibus pulueres ſpecie-
rum. ut uocant, adhibendę erunt, ſemper
ab igne, & poſt cocturam adijciãtur, atꝗ
interantur.

Hyeme confectiones ex melle potiſ=
ſimum, æſtate ex ſacharo probantur.

Fortius in hyeme, remiſſius in æſtate
medicinas excoquimus.

Mel deſpumaturus, coquito medio=
criter, ne uel plus habeat aquæ, néue ni=
mium coquendo in duriciem denſetur.

Electuarijs non ſolutiuis, ſpecies ſubti=
liſſimas indito, ſolutiuis groſſiores.

Tria requiruntur ad electuariorũ con=
ſtitutionem, pondus æquum ſpecierum,
ſimplicia recentia, & à ſuis locis & tem=
poribus, ſub debitis etiam cœleſtibus ſig
nis collecta.

## DE PONDERIBVS uulgaris, ut hodie haben tur in uſu.

℥ 1 uncia ij lot.

℥ ſ 1. lot.

ʒ1 1 quintlin.

ʒſ ein halb quintlin.

℈ 1 ein drit teyl von einem quint=
lin, facit x. grana.

Gra. granum, pondus grani ordei.

M. Manipulus eyn handtuol.

P. 1. paulo minus eſt.

Cyathus. ℥x. quanquam alij ſecus.

℈ ſcrupulus.

℈ 1 ſ ſcrupulus unus & ſemis.

Ca=

## CANONES IN EVACVatione obſeruandi.

FRigidi humores, uehementioribus pharmacis exteruntur, calidi têpera=tioribus.

Fortes, corpulentos, ualentioribus ua=cuato, pueros, fœminas, ſenes, macilen=tos, debilioribus. Vide ſuper ea re Apho=tiſmos Scriptorum, Lib. 1.

Iuuat ante pharmaci porrectionem, percunctari laborantem, an unꝗ phar=macis uſus ſit, prompte quoq; an difficul ter reſoluatur, nam ad huiuſmodi, phar=maca potiſſimum ſunt contemperanda.

Anteꝗ pharmacum propines, primũ digerere materiam conuenit, niſi in mor bis peſtiferis, & qui intra triduum peri=munt.

Præterea ſemper uniuerſalis purgatio præcedit particularem.

Quanꝗ eſt, ubi particularem tantum, id eſt, eam quæ ab uno tantum educitur membro, præſtat euacuare.

In qua obſeruandum eſt, qua potiſſi=mum ipſa inclinat materia, quam ſic uo=cant peccantem, eò potiſſimum ducas, et præter eam ne rapias aliam, aut humo=res meliores.

Præpoſtere faciunt, qui immodicas atq; adeo uehementes purgationes præ= mittunt phlebotomiæ.

Interdum tamen leuis euacuatio præ= mittitur phlebotomiæ, phlebotomia au tem præmittitur potioni forti.

Aeſtate uomitus magis ſollicitatur, hy eme pharmaca atq; clyſteria.

Qui in re medica peritiores hodie ha= bentur, tempore æſtiuo ante diem, bru= mali uero in die, exhibent medicamina.

Laborantes uicio inteſtinorum, aut in ternis abſceſſibus, aut ex præcordijs do= lentes, fortibus pharmacis ne purgato.

Qui difficulter excernunt, & frigidis humoribus turgent, calidis & lenibus ci= barijs ſunt reficiẽdi, ſcilicet carnibus pin= guibus, cum petroſilino, aut feniculo re= centi coctis. Qui uero calidis humoribus ſunt repeleti, his atriplicem, mercurialé, & betam, uel braſſicam cũ carnibus pin= guibus dato.

Infirmum ſic inſtitue, ut ſtomacho ie= iuno ſumat medicinam.

Quòd ſi calidi fuerit temperamenti, aut ſtomacho debiliori, ante medicinã modicum aquæ ordeaceæ, aut uini gra= na=

natorum bibere iubeto.

Et ſi pedes etiam frigent, pannis calidis calefacere prius procurato.

Si remiſſius fuerit pharmacum, licebit paulum indormire, ſi uero fortis, hora una permittitur.

A pharmaci ſumptione, nõ ſtatim eſt comedendum, ſed lente & tenuibus cibis eſt reficiendum.

Dum aluus ſoluta eſt, niſi reſtringere uelis, dormiendum non eſt.

Qui inter excernendum fame tanta urgentur, adeo ut uideantur debilitari, his nonnihil panis in uino infuſi dare permittitur.

Piaculum eſt, una die binas purgationes dare. Quòd ſi non operetur medicina, per clyſterem, aut per alia lenientia, profligenda eſt, uidelicet cum brodio caponis, & mannę uncia una, de quibus infra plura.

Vbi pharmacum diarrhoeam, aut diſſenteriã induxerit, ſtatim ſyrupum myrtinum, cytoniorum, aut rhabarbarum propinato.

Inditium eſt perfectæ euacuationis. cũ ſiti immodica premitur patiens, & tormina

na nulla torquent, aut ſpaſmus.

Medicinam reuomentibus, cum ouo ad gulam adhibito ſuccurrimus, aut toſto pane, & in aceto tincto.

Iuuat & acetoſum quippiam maſticare.

Sunt qui extrema ligent, & ſtomacho cucurbitulas ſuperimponunt.

Nonnullis in uſu eſt cepa cum aceto odorata, alijs gariophylli, camphora, & mentha.

Celebrata excretione, brodium pulli cum ſacharo, ad abluenda inteſtina dato, inde quæ optime nutriant cibos.

De tempore, & in quibus ſignis miniſtranda ſunt pharmaca, require ex libello Collimitij, qui inſcribitur artificiũ de applicatione Aſtrologiæ ad medicinã, quem nuper in lucem ædi procurauimus.

In ipſo die purgationis, poſt excretionem detur uinum abſinthij, aut ſyrupus de abſynthio, ad ſtomachi corroborationem, ne humores recipiat.

Ex cibis iuſculum gallinæ, uel capi, aut piſcium, uel amygdalarum.

Semper expedit paulatim ducere, quã ſubito.

## CANONES ALIQVOT in ſolutione alui obſeruandi. Ex Celſo, Galeno & ueteribus.

OPeroſum eſt quorum ſana ſunt corpora purgare, torquentur enim & ſubuertuntur, confeſtimq́ diſſoluuntur.

Expedit igitur, anteq̃ pharmacum demus, prius tenuare, ſecareq́ craſſos, & glutinoſos humores, ſpiramenta interpellate, qui purgatoria medicamenta trahuntur.

Debent itaq́ ſeroſi & tenues ſucci in principio ægritudinum primum deijci, glutinoſi quiq́ concoquendi ſunt.

Inepti ſunt purgationibus, quicunque obæſi, quiq́ multi ſanguinis ſunt, & continue animo deficientes, qui difficiles & confeſtim uomentes, q̃uis oblata occaſione.

Item pueri & ſenes, & mulieres, multum mẽſtruis purgatæ, quiq́ corpore ſũt puro, & in uictu moderati.

Item, quibus ſuapte natura aluus conſtringitur, & qui torminibus & coelica paſſione facile capiuntur. Hi omnes deiectioni non ſunt idonei.

Iuxta Celſum, omnibus catharticis aloe admiſcenda eſſet.

Aluus ſi uehementius fluit, aut ſæpius ducitur, hominem infirmat.

Si febris adſit, ſatius eſſet pharmacum non dare, ſed eius rei cauſſa, cibos & potiones aſſumere, qui ſimul & alerent, & uentrem mollirent.

Corpora quoq; in aduerſa ualetudine diu exhauſta, periculoſe euacuantur.

Præterea ſi aluus quiddã reddat quotidie, & alioqui liquida fuerit, caute agendum, niſi ſuprema cogat neceſſitas.

Pridie etiam abſtinere debet æger, ut tali ſit aptus curationi.

Eodem etiam die, ante aliquot horas aquam calidam bibere debet, ut ſuperiores partes eius madeſcant.

IN QVIBVS MORBIS conueniat ducere aluum, ex Celſo & alijs.

NE ſæpe pharmaca ſumãtur, quia ſtomachum ferè lædunt, & tamen ſemel ſumpta uel bis, non omittantur.

Si caput graue eſt.

Si oculi caligant.

Si morbus maioris inteſtini eſt, quod colon nominant.

Si in imo uentre aut coxa dolores ſũt.
Si in ſtomachum quædam biliosa cõcurrunt.
Si pituita, aut alius quiſpiam humor in ſtomachum immodice confluxerit.
Si ſpiritus difficilis redditur.
Si nihil uenter per ſe excernit.
Si corruptum eſt quod excernitur.
Aut ſi prima inædia febrem non ſuſtulit.

Cũ ſi ſanguinem mitti cum opus ſit, uires non patiuntur, tempuſq́ eius rei prę teterierit.

Aut ſi is qui ſæpe uel ſponte, uel caſũ purgatus eſt, habet ſubito aluum ſuppreſſam.

Propinant hodie etiam pharmaca, phreneticis, maniacis, melãcholicis, uertigine correptis, ictericis, comitiali pollutis, apopleticis, qui ad reſpirant hepaticis, ſtomachicis, ſpleneticis, morbo gallico, & omnis generis ſcabiei morbis cõfectis.

PHARMACA VENTREM ducẽtia, ſimplitia Io. Meſueh.

ALoe.
Mirabolani, citrini Indi.

Em-

Emblici.
Bellirici.
Rhabarbarum:
Caſſia fiſtula.
Tamarindi.
Manna.
Aqua lactis
Roſæ,
Violæ.
Abſinthium.
Sticas.
Fumus terræ.
Eupatorium.
Epithymus.
Hiſſopus.
Hiſſopus montanus.
Pruna.
Pſillium.
Capilli Veneris.
Aſarum.
Ius ueteris Galli.
Volubilis.
Scammoneum.
Turbith.
Agaricus.
Colocynthis.
Scylla.

Poly-

Polypodium.
Iris.
Cucumer aſininus.
Centaureum.
Carthamus.
Been.
Lapis armenus.
Lapis lazuli.
Lapis ſtellatus.
Sene.
Species aliquot ſalis.
Baurac.
Sarcocolla.
Serapinum.
Euphorbium.
Oppoponax.
Mezereon.
Alſebra.
Luff.
Alfeſtera.
Arthanita.
Ariſtolochia.
Albumeſuch.
Geneſta.
Helleborus.
Interior cortex Sabuci.
Quæ

QVAE PHARMACA A quibus membris principali- bus euacuent.

Catarthica capitis.

Colocynthis.
Agaricus.
Stycas.
Lapis lazuli
Epithymus.
Aloe.
Lapis armenus.
Scylla.
Sal Indus.
Rebuli Indi.
Iera picra.
Ieralogodion.
Theodoricum.
Pilulæ Cochiæ.
Pilulæ Aureæ.
Pilulæ aleſanginæ.
Pilulæ aggregatiuæ.

Cathartica appro priata pectori.

Agaricus.
Volubilis.
Caſſia fiſtula.
Colocynthis.

Hiſſopus.
Sarcocolla.
Iris.
Diaſenæ.
Pilulæ de agarico.
Stomachica.
Abſinthium.
Aloe.
Mirabolani.
Omnes medicinæ ſolũ
lenitiuæ & compreſſi-
uæ.
Diaprunis.
Stomachicũ catharti-
cum.
Pilulæ de Iera picra.
Pilulæ ſtomachicæ.
Catharticum imperia-
le.

Epar purgantia.
Rhabarbarum.
Abſinthium.
Eupatorium.
Mezereon.
Tamarindi.
Serapinum.
Lupulus.

Fu-

Fumus terræ
Myrabolani.
Iris.
Sarcocolla.
Diaprunis.
Triphera Saracenica.
Pilulæ de Rhabarbaro.
Splenetica.
Hermodactyli.
Oppoponax.
Sal Indus.
Euphorbium.
Cucumer aſininus.
Helleborus niger.
Polypodion.
Turbith.
Sal gemmtum.
Serapinum.
Centaureum.
Helleborus albus.
Electuarium de ſucco roſarum.
Benedicta.
Pilulæ de Benedicta.
Pilulæ de Hermodactylis.
Pilulæ attheticæ.

Catharticum imperiale.

## PHARMACA VETERVM quibus aluum purgabant.

### Ex Celſo.

DEiectionem, ut inquit Celſus, antiqui uarijs medicamentis, crebraq́ alui ductione, in omnibus ferè morbis moliebantur, dabantq́ aut nigrum, ueratrum, aut filiculam, aut ſquamam æris, aut lactucæ marinæ lac, cuius gutta pani adiecta, purgat abunde, aut lac, uel aſininum uel bubalum, uel caprinum, atq; ſalis modicũ adijciebant, decoquebãtq́ id, & ſublatis ijs, quæ coierãt, quod quaſi ſerum ſupererat, bibere cogebant.

## DE HIS QVAE CATARticos miſcentur.

EX ijs quibus Cathartica ipſa permiſcemus, porrigimuſq́, ueteres his ferè uſi ſunt.

Cocto melle, mulſo, hydromelite, ptiſana, aqua pura, aqua in qua coctum eſſet fœnograecum, uel malua.

Item, pro ratione cathartici, marina aqua, uel aqua ſale miſta, ſyrupis, ſacharo, & id genus quibuſdam, quæ & hodie ferè in uſu habemus.

## ARTIFITIVM SOL-RES IPSAE QVIBVS utimur ad confectionem medicaminum.

Herbæ.
Flores.
Semina.
Cortices.
Radices.
Fructus.
Folia.
Ligna.
Succi herbarum.
Gummi.
Rheſinæ.
Lachrymæ.

Ex animantibus.

Liquores.
Pinguedines.
Medullæ.
Oſſa.
Coria.
Locia.
Excrementa.

Ex inanimis.

Terrarum multa genera.
Lapides.

Gem-

Gemmæ & margaritha.
Metallorum uaria genera.
Ex prædictis omni-
bus componuntur.
Electuaria.
Opiata.
Solutiua.
Condita.
Species Loh.
Syrupi.
Rob.
Decoctiones.
Pilulæ.
Trochiſti
Suffuſ & pulueres.
Vngenta.
Emplaſtra.
Cerota.
Olea.
Epithimata.
Embrocationes;

Ex quibus quę dã extra, quæ-dam intra cor-pus recipiunt.

AQVAE VVLGARES quibus communiter utuntur, ad mixturas ſyroporum, & epithimatum.

AQVAE CAPITALES.

| Calidæ. | Frigidæ. |
|---|---|
| Maioronæ. | Lactucæ. |
| Saluiæ. | Nenupharis. |
| Camomillæ. | Plantaginis. |
| Rutæ. | Portulacæ. |
| Praſſij | Solatri. |
| Melliſſæ | Ceraſorum ni= grorum. |
| Iuulæ ampanæ. | |
| Hiſſopi. | |
| Betonicæ. | |

Aquæ pectorales.

| Calidæ. | Frigidæ. |
|---|---|
| Capillorum Veneris. | Cucurbitæ. |
| Bugloſſæ. | Acetoſæ. |
| Calamenti. | Maluæ. |
| Scabioſæ. | Ceraſorum ni= grorum. |
| Borraginis. | |
| Feniculi. | |
| Meliſſæ. | |
| Hiſſopi. | |
| Praſſij. | |
| Lupulorum. | |
| Camomillæ. | |
| Arthemiſiæ, | |
| Radicis gariofilatæ. | |

Aquæ oculares.

Calidæ: Feniculi, Eufragię, Chelidonię.

Fri=

Frigidæ: Roſarum, Plantaginis.

Aquæ Epaticæ.

Calidæ.

Aſparagorum
Lupulorum
Camomillæ.
Roriſmarini
Hiſſopi.
Abſinthij.
Chelidoniæ
Cerefolij.
Eupatorij.
Apij.
Petroſelini.
Feniculi.
Fumiterræ.
Scabioſæ.
Raphani.
Betonicæ.

Aquæ ſtomachales.

Calidæ.

Menthæ.
Feniculi.
Fumiterræ.
Abſinthij.
Eupatorij.
Calamenti.
Pulegij.
Cerofolij.
Saluiæ.

Frigidæ.

Lactucæ.
Endiuiæ.
Portulacis.
Ordei.
Cicoreæ.
Roſarum.
Plantaginis.
Solatri.
Epaticæ.
Cardobenedicti

Aquæ conferentes ſpleni.

Calidæ.

Roriſmarini. Rutæ.
Hiſſopi. Eupatorij.
Tamariſci. Scolopendriæ.
Acori. Fumi terræ.

Frigidæ.

Nenupharis. Cuſcutæ.

Aquæ renales.

Calidæ.

Feniculi. Petroſelini.
Raphani. Armoratiæ.
Saxifragiæ. Enulæ.
Scolopendriæ. Parietariæ.
Vrticæ. Cerefolij.
Agrimoniæ. Artheniſiæ.
Naſturtij.

Frigidæ & temperatæ.

Lupulorum. Camomillæ.
Alkakengi. Lactucæ.
Portulacæ. Centinodij.
Serum lactis.

Conuenientes matrici.

Calidæ.

Parietariæ. Vrticæ.
Betonicæ. Cerefolij.
Saluiæ. Leuiſtici.
Artemiſiæ. Chelidoniæ. Matricarię.

Fri-

Frigidæ: Portulacæ· Centinodij.

## IN QVO PONDERE propinandi ſunt ſyrupi & digeſtiua. Ex Montagnania.

DIgeſtiuas medicinas exhibemus aut ſyrupos, aut aquas deſtillatas, aut decoctiones.

In ſyrupis compoſitis non licet transcẽdere uncias duas ſyrupi, licet doſis conſueta ſit uncia una & ſemis. Neq; transcendere aquarum uncias iij. pro quaq; uice.

Si uolueris ſyrupum clarificare, ut magis arrideat infirmo, accipe ſubduplum quantitatis ultra quantitatem prædictã, quàmq; melius dare non clarificatos.

Medicus uolens ordinare ſyrupum, debet miſcere aquas appropriatas ei mẽbro, quod reſpicit ſyrupus. Verbi gratia: Vt accipiẽs medicinam ſtomachaicam, aſſumat etiam aquam ſtomachabilem, ſi ſimplex ſit medicina.

Si compoſita ſit ægritudo, diuide ſyrupos & aquas, ita tamen q; maior quantitas reſpiciat deteriorem ęgritudinem, minor autem quantitas malam ęgritudinẽ, uel diſponat ut ſyrupus reſpiciat unã partem, aquæ aliam. Verbi gratia: Volo re-

mouere diſpoſitionem ſtomachi frigi-
dam,ſcribo ſic: Recipe ſyrupi de abſin-
thio unciam unam,ſyrupi de mentha un
ciam ſemis,aut oxymellis ſcyllitici, ſi craſ
ſior fuerit humor, unciam ſemis, aquas
abſinthij & menthæ an.un.ſe. miſce pro
una uice.

In cauſſa calida,recipe ſyrupi roſacij un
ciam unam,ſyrupi uiolarum unciam ſe-
mis,aquarum uiol·Endiuiæ,an · unciam
unam & ſemis.

Nota,in quacunq; cauſſa, ſiue calida ſi
ue frigida, ſemper expedit aquam aliquā
miſcere cordialem, ut aquā melliſſæ, &
bugloſſæ.

Qui ſyrupi,quibus mēbris, & quibus
humoribus conueniant,uide infra in ta-
bulis.

## DE SYRVPIS QVI magno artifitio conſtat.

MAgiſtralis ſyropus uocatur, qui eſt
compoſitus ex uarijs medicinis, ua
rias ægritudines reſpicientibus.

In compoſitis morbis,ſyropis quoque
magiſtralibus atq; compoſitis eſt uten-
dum.

Aduerte etiam ꝙ pro quatuor mani-
pu-

pulis herbarũ,in decoctione ſemper ad-
de lib. 1. mellis deſpumati,aut ſachari.

## DE CONFECTIONE Rob.

ROb ordinantur per pondera, id eſt, per libras & uncias, per manipulos minime. Verbi gratia: Recipe menthæ libram 1. uel uncias vi.

Maior tamen uſus eſt ſyruporum quã rob,quia magis palatum afficiunt.

Vtimur tamen rob in digerendis humoribus remotis. Item,ægritudinibus.

Præparantur Rob eodem modo & ordine,quo ſyrupi magiſtrales, ita ꝙ ſacharum & mel adduntur pòſt ſucci decoctionem,eodem modo & pulueres.

### Typus.

Recipe pomorum lib. 10. fiat ſuccus, & ponatur in uaſe bene obturato ad ſolem, donec exiccetur & pingueſcat,deinde exhibeas cum aqua,aut alio,doſis eſt unciæ ij.

Nota ꝙ in materia groſſa,phlegmatica uel melancholica, fortioris operationis eſt rob ꝙ̃ ſyrupus,quia fortior eſt operatio in ſucco ꝙ̃ in decoctione. In materia autem calida præſtantior ſyrupus quàm rob.

In gargariſmatis quoq;, fortioris eſt operationis rob quàm ſyrupus.

## DE RATIONE CONFEctionum.

COnfectionum quædam ſunt protritæ & ſimplices, quædam quæ magno artifitio conſtant.

Vulgarium, ut aromatici, roſati, diacinnamomi, diacymini, diambra &c. Quarum doſis pro una uice eſt uſq; ad drachmas vi. ſiue ut alijs placet, drachmas iiij.

## DE EPITHIMATIBVS.

EPithemata proprie conſtant ex aquis deſtillatis & ſpeciebus, quę panno ſericino, uel laneo imponuntur membro laboranti.

Epithemata adhibemus, temporibus, cordi, ſtomacho, epati, ſpleni &c. interdum renibus.

Epithemata epatica, fiunt ex aqua & ſpeciebus conferentibus epati Cordialia, ex ijs quæ conducunt cordi.

Epar reſpiciunt ſpecies ſandalorum in cauſſa calida, ſpecies diarodon, & diacinnamomi in cauſſa frigida.

Species cordiales, electuarij de gemmis

mis, in quocunq; labore Species diamuſci & diambræ in cauſſa frigida.

Doſis epithematum ab un. x. uſq; ad 12. Doſis ſpecierũ à drachma una & ſe. uſq; ad xij. uel pro lib. 1. aquarum & ſpecierũ drach. 1. & ſemis.

Miſcentur epithematis, aceti un ſem. aut uncia ſeorſim, maluatici, aut uini odoriferi ſeorſim, in epithematis cordialibus, quamq; alijs magis arrideat crocus.

In febribus calidis probantur epithemata, ſed in ſtatu, & declinatione exiſtẽte morbo, & materia, ut ipſi uocant, euacuata.

Ingredientia.

Succi. Aquæ deſtillatæ. Pulueres diuerſarum ſpecierum.

FORMA SCRIBENDI

Epithemata.

Epithema frigidum.

Recipe aquarum epaticæ.
Endiuiæ.
Solatri. Añ. un. iij.
Semperuiui.
Aceti. un ſem.
Sandalorum drach. 1. & ſe.
Miſce & fiat epithema.

In-

Interdum additur aqua roſacea, neq; eſt certus aquarum numerus.

Epithema calidum in hydrope.

Recipe aquarum Eupatorij.
Sene.
Abſinthij. Añ. un iiij.
Specierum diarodon albatis. dra ſe.
Aceti modicum, miſce & fiat epithema.

Si non ſit copia ſpecierum, poſſunt uſurpari, ſaltem aliquot puluerizata, aut aquæ ſolæ cum aceto.

Neq; eſt determinatum tempus epithimatum, ſed aſſiduo imponuntur, præſertim in febribus acutis, & peſtilentia.

Modus applicandi cum panno lineo, uel ſcarlaco.

DE EMBROCATIONE.

EMbrocatio fit cum ſpongia madefacta, in decoctione herbarum, ex quibus componitur, applicaturq; membro laboranti.

Præpollet epithimatis, & aquis diſtillatis.

Decoquitur uſq; ad medietatem, in aqua fontis aut fluminis.

Quemadmodum ſtomachica embrocatio conficitur ex his, quæ ſtomachum reſpi-

reſpiciunt. Sic capitalis, ex his quæ caput, & ſic de alijs.

Quilibet manipulus herbæ, requirit aquæ libram ſemis.

Forma ſcribendi Embrocas.

Recipe foliorum labruſcæ.
Abſintij.
Menthæ Añ. m. 1.
Melliſſæ.

Bulliant in lib. quatuor aquæ, uſq; ad conſumptionem medietatis, uel tertię ſaltem partis, deinde facta decoctione, madefacito ſpongiam, & applica loco dolenti.

Præſentius iuuamentum præſtant, ſi ante cibum adhibueris, neq; eſt medicina, quæ podagris, iſchiadi, arthritidi, & id genus morbis, promptius auxilietur.

## DE PRAEPARATIONE unguentorum.

### Differentia Emplaſtrorum & unguentorum.

DIfferunt unguenta, & emplaſtra, quia unguenta ex ſubtilioribus. Emplaſtra, ex rudioribus ſpeciebus & ſimplicibus conficiuntur, durataq; magis ac dénſius craſſeſcunt.

Seorſim quaslibet ſpecies contūdi cō-
uenit atq; miſceri.

Cerata quoq; differunt ab unguentis, quia cerata ut plurimum cum reſina.

Vnguenta cum modico cæræ inſpaſſantur, atq; interuntur.

Vnguentorum quædam mollia, quędam mediocria, quædam craſſa, quæ omnia conſtant ex cæræ admixtione immodica, aut moderatione.

Pro qualibet drachma una ſpecierum aut pulueris, adde olei uel ſucci ℥.1.

Vnguentum incarnatiuum eſt, quod de ſarcocalli inſcribitur, conſumptiuum, quod dicitur, Apoſtolorum: Corroſiuū, ut illud de lytargyrio.

Forma ſcribendi unguenta.

Recipe oleorum de abſinthio.
Nardi.
De mentha. añ ℥.1.
Caryophylorum.
Maſticis. drach.1.
Calami aromatici.

Miſce, & fiat unguentum molle, cum modico cæræ.

Primum igitur ponantur olea, aut ſucci, inde ſpecies, poſtremo ſi libet, addi poteſt

ceſt pinguedo gallinæ,aut alia.

Differentia linimenti & unguenti.

Linimentum ſubtile, unguentum craſſius eſt,& nullo non tẽpore adhiberi poſſunt.

Ingredientia ſimplicia unguentorum.

Oleum.
Butyrum.
Axungia.
Pinguedines ex animalibus.
Gummi.
Cæra.
Species.

Modus applicãdi,ut prius fricetur locus inungẽdus,cum panno lineo, et calidũ aut tepidum inungatur.

Modicum uini uel aceti,propter penetrationem.

De linimentis.

Linimenta ferè ex ijſdem conſtãt,quibus unguenta,adduntur albumen oui,et aquæ diſtillatæ,ut liquidiora fiant, ac ferè cum linteolo illinuntur.

DE PRAEPARATIONE Emplaſtrorum.

IN emplaſtris conficiendis, non redigũtur in pulueres herbæ, ſed decoquuntur,inde olea adduntur.

For-

Forma ſcribendi Emplaſtra.

Recipe Florum chamomillæ.
Meliloti.
Semen anethi. añ.ma.ſemis.
Radicis altheæ.
Oleorum chamomillæ.
Anethi añ.℥ 1.
De lilio.

Miſce, bulliant ex his ad ſpiſſitudinē, & fiat emplaſtrum.

Conficiuntur, ut ferè ſemper man. herbarum correſpondeat ℥.1. olei aut pinguedinis, uel ℥.1.& ſe.

Præferuntur unguenta emplaſtris, ſic, ut ſi nihil efficiat unguentum, poſtremo loco adhibeantur emplaſtra.

Ingredientia.

Herbæ, flores, folia, farinæ, ouorum uitelli, albumen, fici, butyrum, pinguedines, ſpecies.

Species in emplaſtris craſſius terūtur, ne in formam malagmatis trāſeāt, quod mollior emplaſtro eſt.

DE CONFECTIONE Trochiſcorum.

Differentia pilularum & trochiſcorum.

Pilu-

Pilulæ minuſculæ ſunt & rotũdæ, glo baræ. Trochiſci maiuſculi, in medio compreſſi.

Pilulæ ſoluunt uentrem, Trochiſci rarius, & in aperiendis meatibus ſunt crebriores.

Pilulæ certo ac definito tempore exhibentur.

Trochiſti indifferenter, & nullo non momento, guſtui etiam minus ſunt abominabiles.

Pilulæ gluciuntur, Trochiſci reſoluuntur, aut in minoré formam pilularum rediguntur.

Trochiſti apertiui.

De rhabarbaro.
De berberis.
De ſpodio.
De Eupatorio.
De Mirabolanis.
De Ieralogodio.
De Epithimo.

partim in cauſſis calidis, partim frigentibus.

Confortatiui: De abſinthio, de mentha.

Forma ſcribendi Trochiſcos.

Recipe maſticis.
Cinnamomi electi.

Garyophyllorum. añ·drach. ſe·
Goriandrorum præparatorum.
Calami aromatici·

Recipe, Trochiſci cum ſyrupo de men-tha, aut cum aliqua aqua.

Pondus trochiſci, non excedat dr. ſe·

Fiunt & ex ſuccis trochiſci, ſed rarius·

Doſis trochiſcorum non opiatorum, eſt à drach. ſe uſq; ad drach. ij· ad ſummũ communiter tamen ſcribitur drach. 1.

Apertiui trochiſci nõ dantur ultra quã titatem drach. 1, uel drach· ſe.

Nota etiam, q; diutius durant Trochi-ſci q̃ pilulæ.

## SVMMA ELCTVARIO-rum calidorum.

| | |
|---|---|
| Diamargariton. | Stomachicum· |
| Pliris arco· | Diacapparis. |
| Dianthos | Diammuſci. |
| Elect. ducis. | Iuſtinum. |
| Diazinziber. | Diacitoniten· |
| Diaſatyrion. | Garyophyllatum. |
| Diagalanga. | Diaordon Iulij· |
| Diahyſſopum. | Diacoſton. |
| Diaſene, | Diapraſſion. |
| Diairis· | Pocio S. Pauli· |
| Diarhabarbarum. | Lithontribon. |

Dia-

Diapyrethron. Diaborrago.
Diacuminum. Diacoſtoreum.
Diacalamentum. Dianiſum.
Diamuſchon. Diamarathron.
Philantropos. Zinziber conditũ.
Diaturbith. Diambra.
Lætitia Galene. Pocio muſtata.

## Summa Electuariorum frigidorum.

Diadragantum.
Diapenidion.
Diarhodon abbatis.
Diaprunis.
Confectio trium ſandalorũ.
Diapapauer.
Electuarium Phthiſicorum.
Roſata nouella.
Sacharum uiolarum.
Electuarium de ſucco roſarum.
Triphera Saracenica.

## Electuaria opiata, ut uocant, atque Narcotica.

Rubea trochiſcorum.
Requies. Aurea.
Athanaſia. Hadryanum.
Antidotum Hæmagogum.

Dialyobanum. Philonium.
Mithridatum. Muſa ænea.
Micleta. Theriaca electa.
Triphera magna.

DE DECOCTIONIBVS.

Decoctio pectoralis.

Recipe, paſſula, enucleata, liq. mund. añ. ℥. i. tamarind. iuiuba, radicum yreos yſopi, añ. ℥. ſem. ordei ℥. ij. ſem. feni. fenugreci drach. i. capil. uene. ℥. ſe. aquæ pluuialis uel fluuialis lib. iiij. bulliant ſimul uſq; ad conſumptionem medietatis, & ſerua uſq; ad tempus neceſſitatis.

Decoctio communis.

Recipe, ord. ℥. iiij. prunorum damaſcenorum numero xij. liquir. mund. tamarindorum paſſularum enucl. añ. dra. ſe. Sem. ani. fœnicul. añ. dra. iij. aquæ fluuialis uel fontis lib. iiij. bulliant lento igne uſq; ad conſuptionem medietatis.

Decoctio digerens & purgans coleram.

Recipe prunorum damaſcenorum numero xij. tama. ℥. ſe. florum uiol. drach. ij qualiter ſem. com. frig. excortica. ℥. ordei ℥. i. ſe. fiat decoctio in lib. iij. aquæ fluuialis uel pluuialis uſq; ad conſumptionem me-

medietatis,uel in lib.iiij.& reſerua.

Decoctio purgans & digerens phlegma.

Recipe,radicum ſe.& petro.an.ʒ.ſe.radicum yreos yſopi an,drach.iij.capil.ueneris.un.ſe.mellis ʒ.ij.& fiat decoctio in lib.iiij aquæ fluuialis uel pluuialis,uſque ad conſumptionem medietatis.

Decoctio purgans,& digerens melancoliam.

Recipe florum borag.& bug.añ.ʒ.ſe.paſſularum,enucle.corticum indicum capparorum corticum tamar.ſcolopen.polipodij an.dra.ij.ſem,ani.ſe.fen.caſc.añ.drac.iij.fiat decoctio in lib.iiij.uſq; ad conſumptionem medietatis.

Decoctio purgans & digerens coleram & phlegma ſimul.

Recipe prunorum damaſ.numero x.radicum fœni.drach.ij.capilli Veneris ʒ.ſe.quatuor ſem.connu.frigid.& excortica.ʒ.ſe.ordei mund.ʒ.i.fiat decoctio in lib.iiij aquæ fluuialis uel pluuialis uſque ad conſumptionem & reſerua.

Decoctio purgans & digerens phlegma & melancoliam.

Recipe florum borag.& bugl.an.ʒ.ſe.

rad.fen.petro.yreos,yſopi an·dra.iij.ſe.
ani.feni·an·drach·ij.corti·radi·cappa ta-
mar.ſcolo.polip·an·drach.1.ſe.capil.Ve-
ner.ʒ.ſe.fiat decoctio in lib·4·aquæ uſq;
ad conſummationem medietatis.

Decoctio carminatiua.

Recipe ſem.ani.fen.carui aneti ameos
ruthę an.ʒ.ſe.fiat decoctio in lib.iiij.aquę
uſq; ad conſumptioné medietatis & ſer-
ua. Poſſet etiam pro clyſteribus addi de
floribus camomill·ſticad·arab·& melli-
lo·& ſic erit decoctio notabililiter carmi-
natiua.

## DE MINORATIVIS.

Minoratiuum commune in
forma liquida.

Recipe medullæ caſſię electæ,& noui-
ter extractæ ʒ.1.uel drach.x,uel loco caſ-
ſiæ pone mannam in eadem doſi, & cũ
decoct.torm fiat potio,quæ adminiſtre-
tur ſummo mane·Et nota,ꝙ poſt medici
nas minoratiuas debiles, longa dormi-
tio non conuenit,ſed breuis, ne uirtus i-
pſius corrumpatur, & ſubſtantia eius in
nutrimentum conuertatur, ut poteſt in-
telligi.

Minoratiuum commune in forma
bili.

Re-

Recipe caſſiæ electæ & tapellate un. 1. uel drach. x. & cum zucc. & fiat bolus, ſu me ut ſupra.

Minoratiuum coleræ in forma liquida.

Recipe diaprunis non ſolutiui, caſſiæ extractæ ſucci roſa. an. un. ſe. miſce cũ decoctione purgante & digerente coleram fiat potio cui addat ſyrupi uiolati unc. ſe. & detur in potu.

Minoratiuum phlegmatis in forma liquida.

Recipe caſſiæ electæ & nouiter extractæ un. 1. electuarij Indi maioris drach. ij. ß. miſce cum decoctione purgante & digerente phlegma, cui addatur mellis roſa. colati un. ſe, & in potu tribuatur.

Minoratiuum melancoliæ in forma liquida.

Recipe medullæ caſſiæ electæ nouiter extractæ diaprunis non ſolutiui an. ſe. cõfectionis hamech drach. ij. miſce cum decoctione purgante & digerente melancholiam, & fiat potio, & tribuatur, & poteſt addi un. 1. ſyrupi uiol.

Minoratiuum coleræ & phlegmatis ſimul, in forma liquida.

Recipe caſſiæ nouiter extractæ, diaptu nis non laxatiui an.un.ſe. diafinico. dra. ij. miſce cum decoctione purgante & di= gerente coleram & phlegma, ſimul fi= at potio, cui addatur ſyrupi uiol. mel. ro= ſati colati an. ℥. ſe. detur, ut ſupra.

Minoratiuum phlegmatis & melan= coliæ ſimul in forma liquida.

Recipe caſſiæ nouiter extractę unciam unam, electuarij indi maioris confectio= nis hamech an. drac. 1. boni pon. & cum decoctione purgante phlegma & melan choliã, ſimul fiat potio, cui addatur mel. roſat. colati ſyrupi uiol. an. un. ſe.

Minoratiuum cholerae & melancho liæ, ſimul in forma liquida.

Recipe caſſiæ nouiter extractę unciam unam confectionis hamech drach. ij. ele= ctuarij ſucci roſati drach. 1. fiat potio cum decoctione purgante & digerente chole ram & melãcholiam ſimul, cui addatur ſyrupi uiol. un. 1. & detur ut ſupra.

DE CORRECTIONE medicinarum.

REubarbarum corrigitur & præpara= tur addendo ei tertiam partem, ſpi= ci nardi uel cinamomi uel maſticis uel

quiſ=

ſquinanti,& datur cum aqua caſei,uel cū decoctione purgante & digerente coleram,uel alijs decoctionibus, & ſecundū neceſſitatem,& quando infunditur debet infundi in aqua endiuiæ, ſi eſt in æſtate,& in uino bono,albo,odorifero in hyeme.

Scomonia præparatur, ſi decoquitur in citonio,& corrigitur, ſi detur cū aqua mirabola.citrinorum uel maſticis uel citoniorum,uel cum zucharo uiol. uel cū ſyrup. roſa. & nota quòd maxima æget præparatione & correctione.

Turbith corrigitur & præparatur,ſi ad datē ei tertia pars zinziberis electi, & quādo adminiſtratur,datur cum melle roſa. colato uel conſerua. uiol. uel cum decoctione paſſularum. Et nota ꝙ non debet nimis conteri, ſed tantum mediocriter, ut patet intelligenti Meſue, & aliorum dicta.

Agaricus corrigitur & præparatur addendo ei tertiam uel quartam partē zinziberis ſalis gēmæ, & datur cum oximelle ſquillitico, quod eſt ex maxime uigorantibus & uelocitantibus eius operationem,uel etiam cum melle roſato cala.

Mirabolani corriguntur & præparan-tur, quando terũtur cum amygdalis dulcibus, aut cum paſſulis enucleatis, aut cũ ſemine aniſi, aut ſpica nardi, & quando dantur in forma potabili, dantur cum decoctione communi, uel cum ſero caprino ſpecialiter dantur hoc modo.

Citrini dantur cum decoctione purgãte & digerente choleram.

Indi dantur cum decoctione purgan-te & digerente melancholiam.

Alij uero Kebuli, emblici, bellirici, dantur cum decoctione purgante & digerẽ-te phlegma uel melancholiam.

Lapis lazuli corrigitur & præparatur ſuper lapidem, uel in mortario lapideo, & ſic teratur & lauetur trigeſies cũ aqua dulci, & ſimiliter iterum ſic terendo lauatur decies cum aqua roſata, & adminiſtratur cum diaborraginato, uel cũ aqua bugloſſæ, & uino odorifero, & ſimiliter cum decoctione purgante melancholiam.

Sene corrigitur & præparatur, ſi addatur ei tantundem zinziberis uel ſalis gemmę, & quando adminiſtratur, datur cum aqua decoctionis florum boraginis, bu-

gloſ-

gloſſæ,gariofilorum,macis & cardomomi,& poteſt etiam decoqui in quantitate magna cum brodio carnium, uel pulli,abſq; trituratione in brodium illud operationes ſuas placide, & ſine moleſtia operatur.

Polipodium corrigitur & præparatur cum redolentibus,ſicut ſunt ſemen aniſi & feniculi,zinziberis,cinnamomi, gariofilorum, & quãdoq; adminiſtratur cum aqua mellis, aut cum aqua decoctionis paſſularum.

Hermodactyli corriguntur & præparantur cum cinamomo,maſtice, zinzibere & pipere longo.et quando adminiſtrãtur,dantur cũ oximelle ſquillitico,& melle roſato colato.

Colloquintida corrigitur & præparatur cum maſtice & galla·& quando adminiſtratur,datur cum aqua mellis,modus enim rectificationis ſecundum Meſue eſt.Incidatur minutiſſime cum inciſorio,& inuoluatur ſubtili inuolutione, cum glutino dragaganti aut bdellij,& exiccetur,& teratur illud contritione forti, & fiant trociſci,cum pauco maſticis reſoluti in oleo roſato,uel cum laudano, aut

aqua

aqua mellis. Et dicit ulterius, & ſcias de decoctione, & eſt quod completam ſuſti net decoctionem.

Euforbium corrigitur & præparatur, ſi inunctum cum oleo amigdalino intra fruſta citri inuoluatur in paſta, & deco= quatur, & corrigitur, ſi addatur ei maſti= cis & ſpicæ ana ſecundum quantitatem ſuam, & quando datur, cum aqua mellis detur.

Epithimon corrigitur & preparatur, ſi addatur ei tertia pars ſalis gemmę, uel ſalis indi, & debet incorporari cum oleo amigdalino dulci, & quando admini= ſtratur, datur cum decoctione mirab. ni= grorum mellis & paſſularum. Et nota ꝙ non ſuſtinet decoctionem magnam, ſed parum debet decoqui.

## DE DOSIBVS SOLVA tiuorum, tam ſimplicium ꝙ̃ compoſitorum.

REabarbaræ doſis eſt ſecundum Me= ſuæ in ſubſtantia, & ſecundum ali= os a drach. ij. uſqꝫ ad iiij. & in infuſione a drach. ij. & ſem. uſqꝫ ad decem. Com= munis autem doſis eſt in ſubſtantia, & ſe cundum alios a drach. ij, uſqꝫ ad iiij. per

ſe

ſe,&in infuſione a drach. iiij, uſque ad viij. Nota tamen q̃ doſis dicti, & aliorũ ſequentium ſolutiuorum. Conuenientes ſi unumquodq; ſolutiuum detur per ſe, et ſine permixtione aliorum ſolutiuorum. Si autem permiſcerẽtur ſolutiua, cõſyderandæ ſunt doſes eorum, ſiue debiles, ſiue mediocres, uel fortes ſint, & cęteris paribus quantum additur de uno, tantum diminuitur de reliquo. Et ſic ſurgit doſis alia communis, quæ ex parte aggregati, nihil tamen differt à prima, ut patet conſyderanti.

Scamoneæ ſecũdum Meſue, per ſe doſis eſt grana 5. uſq; ad duodecim.

Myrabulanorum citrinorum ſecundũ Meſue, in ſubſtantia doſis eſt a drach. ij. uſq; ad 4. ut dicit liber meus, ſed reperi in alio, & forte ſic uult dicere, doſis eſt infuſorum a drach. v. uſq; ad decem.

Caſſiæ fiſtulæ per ſe, doſis eſt communis a drach. vi. uſq; ad unciam unam & ſemis. Et ſecundũ alios ab uncia una uſq; ad duas, & ipſa quidem mirabiliter operatur, quando datur cum aqua caſei, ut ait Meſue capitulo proprio.

Mannę ſecundum Meſue doſis eſt, a dra-

drach·vi·uſq; ad xxv & ſecundum alios ſicut caſſiæ·

Succi roſarum ſecundum Meſue, capitulo de roſis, eſt uncia una cum aqua caſei & ſpice modico, & in fine capituli dictæ doſis ſucci roſati, eſt ab uncia uſq; ad ij. cum zucharo, & potio ſimiliter facta cum ſucco eorum eſt ab uncijs ij · uſq; ad v.

Tamarindorum ſecundum Meſue eſt doſis à drach. iij·uſq; ad v. Et ſecũdum alios, in decoctione ſunt eiuſdem doſis cum caſſia aut manna.

Aloes, ſecundum Meſue, doſis eſt ab aureo ſemis uſq; ad drach. ij. & in infuſione ab aureo uno uſq; ad drach·iij.

Anteq̃ ad doſes compoſitorum ſolutiuorum ulterius procedam, q̃ primũ ponendus eſt modus ad inueniendum doſes ipſorum, ut ſi receptas aliquas in ipſis error ſit, ipſas adauctas diſcere, & corrigere ualeas·Modus autem talis eſt: Accipiatur quoduis compoſitum ſolutiuum, & conſyderetur quantitas ſolutiuorum ſimplicium intrantium, & ſimiliter non ſolutiuorum per ſe, quo facto, diuide ſolutiua ſecundum doſes per ſe conuenientes.

Ver-

Verbi gratia: Si ſunt duo ſolutiua, uel tria eiuſdem doſis, aggrega per ſe, & ſimiliter fac de aliјs, tunc uide doſes communes aggregati ipſorum ſolutiuorum, & ſimiliter aggregati non ſolutiuorum, & tunc ſurgit doſis uera, non fallibilis, ut manifeſte patet. Si autem uis ſcire, quantum uadit de quolibet ſolutiuo, pro qualibet diuide ſolutiuum in tot partes quot ſunt omnium ſolutiuorum, & tunc pars tibi dicit, quantum illius ſolutiui, cuius per ſe intrat, & in qualibet doſi, ut patet conſyderanti.

Electuarij de ſucco roſarum, ſecũdum Meſue, doſis eſt drach. v. & ſecundũ Nicolaum, doſis quantitas caſtaneæ, & in matutinali hora.

Dyaprunis ſolutiui communis doſis eſt à drach. ij. uſq; ad unciam ſe.

Dyaprunis non ſolutiui, ſecundũ Meſue, doſis eſt quantitas caſtaneæ, & communis doſis eſt ab uncia ſe. uſq; ad unciam unam.

Syrupi acetoſi ſolum educentis coleram doſis poteſt eſſe ab un. ſe. uſq; ad unciam unam & ſe. Licet Meſue & Nicolaus nihil dicant de eius doſi.

Dya-

Dyareubarbari ſecundum Nicolaum doſis eſt ℈ iiij·uel un.una,& forte uult dicere,ut credo ℈ iiij.uel drach.1.& ſe.& detur cum apozimati de aniſo.

Electuarij de pſillio, ſecundum Meſue doſis eſt a drach.iij.uſque ad drach.iiij. & ſe.

Diacaſſiæ fiſtulatæ doſis eſt ab ℥.1·uſq; ad ℥.1.& ſe.

Confectio de rauedſeni Meſue, dato ꝙ ipſe non ponat doſim,tamen poteſt eſſe ab uncia ſe.uſq; ad drach.vi. uel unciã unam.

Syracoſt ſecundum Meſue, doſis eſt a drach.1.uſq; ad duas in æſtate.

Pillularum de reubarbaro, ſecundum Meſue,doſis eſt drach.ij.cum aqua caſei calida in ſero.

Pillularum aure.doſis drach.1.℈.iiij.

Agarici ſecundum Meſue in ſubſtantia doſis eſt a drach.1.uſque ad drach.ij. in decoctione,uel in infuſione a drach. ij.uſq; ad v.

Turbith ſecundum Meſue, doſis eſt a drach.1.uſq; ad drach.ij.& etiam potio eius a drach.1.uſq; ad iiij.

Mirabolanorum Rebulorum in ſubſtan-

ſtantia doſis eſt à drach · ij·uſq; ad unciam ſe.ſed in infuſione ab un·ſe. uſque ad unciam unam & drach·ij.

Mirabolanorum emblicorum, ſecundum Meſue, in ſubſtantia doſis eſt ab aureis ij·uſq; ad tres, & in infuſione ab aureis tribus uſq; ad vi.

Bellericorum doſis eſt ſicut emblicorũ & citrinorum, ut alij dicunt.

Colloquintide doſis eſt ſecundũ Meſue à kyrat vi.uſq; ad x.& capiunt eã caueant frigus.

Euforbij ſecundum Meſue doſis eſt à kyrat i·uſq; ad iij · ſecundum alios doſis eſt à granis iiij.uſq; ad xij.

Hermodactylorum doſis eſt, ſecundũ Meſue, ab aureo uno uſq; ad ij.

Eſulæ doſis eſt a drach ·ſe. uſq; ad dra. ij.in pulu. in decoctione a drach. ij · uſque ad v.

Diafinicon doſis eſt a drach.ij·uſque ad tres. Et ſecundum alios, doſis eſt a drach·ij.uſq; ad drach.v.

Diacitonicen ſolutiuũ phlegmatis eſt, a drach.ij.uſq; ad drach. v·

Blance Nicolai, ſecundum ipſum doſis eſt, quantitas caſtaneæ, ſecundum ali-

os a drach·ij·uſq; drach.iiij·

Secaniabin ſolutione educens phleg-ma, doſis eſt ab un·1· uſq; ad unciam unā & ſem·

Benedicti, ſecundum Nicolaum, do-ſis eſt ad modum caſtaneæ, & ſecundum alios eſt ab un.ſe·uſq; ad 1·

Hyerepigre Galeni, ſecundum Nico-laum, in potu doſis eſt à drach·ij ad v·& ſecundum alios doſis eſt ab un. ſe. uſque ad unam, & maxime pro clyſteribus·

Pilularum elefanginarum communis doſis eſt à drach·ſe·uſq; ad 1, uel à ℈·iiij· uſq; ad drach·ij·

Pilularum aggregatiuarum ſecūdum Meſue ſdois eſt à drach·1. uſq; ad drach-mas ij·

Pilularum de agarico, ſecundum anti dotarium magnum, doſis eſt drach.ij·& ſecundum alios doſis eſt à drach.1·ad ij·

Pilularum de hyera doſis eſt a drach·1 ad ij·

Pilularum aure. doſis eſt à drach.1.uſq; ad ℈.iiij.uel drach·ij·

Pilularum fetidar·meſue doſis eſt à dr· 1·uſq; ad drachm. ij. & communis doſis eſt à drach.1·uſq; ad ℈ iiij·

Pi

Pilularum de hermodactyli, ſecundũ Meſue, doſis eſt à drach. ij uſq; ad iij communis doſis eſt à drach. i. ad ij.

Pilularum ſine quibus eſſe uolo, ſecundum Nicolaũ, doſis eſt pillul. xij uel xiij. ſecũdum quod dicit in Antidotario magno, communis doſis eſt à drach. i ad ij.

Pilularum ſtomaticarum, ſecundum Meſue, doſis eſt à drach. ij ad iij.

Mirabolanorum Indorum, ſecũdum Meſue, doſis eſt ſicut kebulorum, & eſt in ſubſtantia à drach. ij uſq; ad iiij & in infuſione à drach, iiij ad x.

Lapidis Lazuli, uel ſtellati abluti, ſecũdum Meſue, doſis eſt à drach. i. ad ij ſem. non loti uero eſt à drach ſe. ad i & nõ debet applicari niſi lotus.

Lapidis armeni, ſecundum Meſue, doſis eſt à drach ſe uſq; ad i & loti à drach i. uſq; ad ij.

Epithimi, ſecundum Meſue, doſis eſt à drach. iij. uſq; ad vij. in puluere potio eius in decoctione à drach v uſq; ad xx et non accipiatur in æſtate.

Polypodij, ſecundum Meſue, eſt doſis à drach ij uſq; ad aureos iiij.

Sene, ſecundum Meſue, infuſio & po-

tio eſt ab aureis tribus uſq; ad unciam u=
nam,& pulueris eius ſecundum alios eſt
drach·ij·uſq; ad unciam ſem·.

Confectio hamech,ſecundum Meſue,
doſis eſt à drach·ij.uſq; ad aureos ij.& ſe=
cundum alios doſis eſt à drach·ij·uſq; ad
unciam ſe.

Dyacitoniten ſolutiui melācholię do=
ſis eſt ab aureo 1.uſq; ad ·iij.

Secaniabin ſolutione educens melan=
choliam,doſis eſt ab un.1·uſq; ad unc·ſe·
uel ad uncias ij.

Iera rufini,ſecundum Nicolaū,in Anti
dotario magno,doſis eſt quantitas caſta
neæ cum aqua calida,& detur de ſero.

Catartici imperialis,ſecundum Nico=
laum in dicto antidotario,doſis eſt quan
titas nucis magnæ,deť ſero ante uel poſt
cænam.

Dyacatolicon, ſecundum Nicolaum
in dicto Antidotario ſine lapide lazuli,
doſis eſt un.ſe.uel plus uel minus,ſecun=
dum quantitatem recipientis. Quando
autem in eo ponitur lapis lazuli bene ab
lutus,doſis eſt minor, ut patet, quia pro
qualibet lib.ipſius intrant ipſius unc·ij·la
pidis lazuli,abluti ſecundum antidota=
rium. Pil=

Pilularum indarum deſcriptione Haly, quas ponit Meſue doſis eſt à drach. ij. uſq; ad aureos ij. & dantur cum aqua caſei, & ſunt ſanæ & expertæ.

Pilularum de lapide lazuli, ſecundum Meſue doſis eſt drach. ij. cum aqua caſei.

Pillul. de lapide armeno, ſecundũ Meſue, doſis eſt drach. ij. ut ſupra.

Pilulæ de fumo terræ doſis eſt à ℈ iiij. ad drach. ij.

DE CONFECTIONE Ceratorum.

Recipe olei Citoniorum
De mentha añ. unc. 1.
Garyophyllorum.
Maſticis añ. drach.
Fiat cerotum cum roſina.

Adhibentur cerota, ſtomacho, epati, cerebro, ſpleni, ſed cerebro in forma rotunda, epati in forma lunari, ſpleni et matrici in forma quadrata.

Præpollent unguentis cerota, emplaſtra uero cerotis, in paſſionibus tamẽ ſtomachi mirabiliter conferunt cerota.

Craſſius etiam teruntur in illo ſpecies, ꝙ in unguento.

Nota etiam ꝙ cerota confici debẽt ex

ſimplicibus illis, quæ membrum illud re ſpiciunt, cui cerotum eſt applicandum.

Ingredientia.

| | |
|---|---|
| Olea. | Species. |
| Cæra. | Gummi. |
| Rheſina. | Sinapi. |

Obſeruatur in eorum miſtura pondus idem quod in unguentis.

SYRVPVS RESPICI- ens ſtomachum & cerebrum.

Recipe abſinthij.
Florum labruſcæ. an. ma. ſe.
Menthæ.
Radicis feniculi.
Maioranæ.
Saluiæ. an. ſe.
Betonicæ.
Euſragiæ.

Bulliant uſq; ad conſumptionem, deinde adde mellis deſpu. lib. 1. miſce & fiat ſyrupus.

Si pulueres ſint addendi, coque primum herbas, inde pulueres miſceto, ad poſtremum mel.

DIFFERENTIA IVLEP & ſyrupi.

Nota

NOta ꝙ Iulep fit ex aqua diſtillata & ſacharo. Syrupus uero ex decoctione & melle, uel ſacharo.

Sũt qui omiſſa doſi mellis, in arbitriũ hæc referunt pharmacopolarum.

Aquæ diſtillatæ licet mirabile & artificioſum ſint inuentum, ex arte alchimica mutuatum, tamen præſtat more ueterũ, uti decoctionibus, utriuſq; doſis eſt, uſq; ad ℥ vi. nec licet excedere hoc põdus pro una uice.

DIFFERENTIA CONfectionis & electuarij.

COnfectio ut plurimum fit cum ſacharo & aquis. Electuarium cum melle & ſyrupo.

Ad quamlibet dra. i. ſpecierum, adde ſachari electi ℥. ij. hoc modo.

Recipe ſpec. aromat. roſat. dra. i.
Diacynnamomi dra. ſ.
Sachari ℥. iij. fiat confectio in tabulis.

Confectio ſtomahalis.

Alia Cordialis.

Recipe Specierum elect. de gẽmis dra. unam.
Diamuſci. drach. i. & ſe.
Oſſis de corde cerui. añ. ℈ i

Margaritharum perforatarum. an. ℈. 1.
Sachari ℥. vi. Fiat confectio in morſellis cum aqua bugloſſæ.

DIFFERENTIA MIXturarum & Electuariorum.

AD mixturas, compoſita ipſa in forma ſolida & propria accipiuntur. Electuaria conſtant ſpeciebus confectionum.

Forma ſcribendi mixturam.

Recipe ſachari roſati.
Sachari bugloſſæ. an. ℥. 1.
Sachari borraginati
Fiat mixtura cum ſyrupo de agreſta.

Tempus exhibendi confectiones cerebrales, ſtomachaicas, & cordis, eſt duæ horæ ante prandium.

PLINIANA VENTREM ducentia.

CVcumer ſylueſtris portione uirium, ab dimidio obolo ad ſolidum, copiolius, necat. Lib. 20. cap. 1.
Pepones cap 2.
Colocynthis herbacea, per ſe inanit aluum. cap. 3.
Molochos agria, uel Hibiſcum ex aqua potum. cap. 4.

Suc-

Succus lactucę in poſca potus ad duos obolos. cap. 5.
Braſſica Criſpa. cap. 9.
Heraclium acetabuli menſura. cap. 17.
Rhoea, & erraticum, inter ſatiua & ſylueſtria medium genus, quinque capitibus eius decoctis in uini tribus heminis ceratis, dimidio acetabulo immulſo. cap. 19.
Tithymalon, mecona uocant, alij paralion, dimidio acetabulo in mulſo, cap. 19.
Atriplex cocta cum malua. cap. 20.
Lapathi folia, cum ſale. cap. 21.
Sinapi. cap. 22.
Marrubium cum aceto & ſale potum. 22.
Aſarum. cap. 21. 19.
Iris ruffa duabus drachmis cum melle. eod. 20.
Lychnis ſylueſtris, bilem detrahit, duabus drachmis, atque ad eam rem efficaciſſima. Eod. 26.
Batis. Lib. 21. cap. 27.
Vrticæ ſemen toſtatum, in ciboque datum. 22. 13.
Eadem cum conchilijs cocta. ibidem.
Succus heliotropij decocti. cap. 21.

Decocti ſuccus potus efficaciſſime exi=
nanit, Ibidem.

Theſum ex aqua tritum. 22.22.

Lens modice decocta. 20.25.

Cicer ſyluestre largius ſũptum.

Eruum copioſius ſũptũ.

Vitis alba decocta. 23.1.

Oenanthinum oleum, heminæ men=
ſura, cum uino & aqua calida potum, aut
ptiſanæ ſucco.

Oleum cicinum cum parum calidæ
menſura, priuatim dicitur purgare præ=
cordia.

Pruna aluum molliunt, ſtomacho ue=
ro utiliſſima, ſed breui momento, Lib. 3.
cap. 7.

Succus mororum maturorum, pitui=
tas ac tineas, & ſimilia uentris animalia
extrahit.

Idem præſtat & arborum radix.

Ceraſa aluum molliunt, ſtomachoq́
utilia ſunt. Siccata aluum ſiſtunt.

Diaphnoides ſylueſtris laurus, aluum
ſoluit recenti folio uel arido, drachmis
tribus cum ſale, & hydromelite mandu=
cata. cap. 8.

Ammoniacum. Lib. 24. cap. 6.

Sty=

Styrax.

Spondilion.

Pix ſpiſſa.cap.7.

Vlmi corticis denarij pondus potum in hemina aquæ frigidæ, pituitam agit, & aquas priuatim trahit.cap.8.

Sabuci radices in uino decoctę, duo cyathi poti, hydropicos exinaniunt. cap.8.

Eiuſdem cortex interior ſumptus, aluum per ſe purgat.cap.8.

Semē uiticis cum pulegio & melle potum.9.

Semen clematidis acetabuli menſura, in aquæ hemina, aut aqua mulſa, 10.

Datur ex eadem cauſſa & decoctum eius Rhus, quæ & Erythros appellatur.

Aluo quidem ſoluendæ, uel in febri decoquitur Mercurialis, quātum manus capiat. in duobus ſextarijs aquæ ad dimidium ebibitur ſale & melle admixto, nec non cum ungula ſuis, aut gallinaceo, decoctum ſalubrius, purgationis cauſſa, putauere aliqui utramq; dandam, ſiue cum malua decoctum, thoracem purgant, bilem detrahunt, ſed ſtomachum lædunt.

De uſu hellebori, uide Plinium lib. 25. cap.5.

## ARTIFITIVM SOL- EX PLINII LIBRO 26. Cap. 8.

PVrgat aluum ſuccus centaureæ minoris drachma in hemina aquæ cũ exiguo ſalis & aceti, bilemq́ detrahit.

Betonica aluum ſoluit drachmis quatuor, in hydromelitis cyathis nouem.

Item Euphorbiũ uel agaricum drachmis duabus, cum ſale modico potum ex aqua aut mulſo obulis tribus.

Cyclaminos ex aqua pota, aut balanis ſubditis.

Item Chamęciſſi balanus.

Hiſſopi manipulus decoctus ad tertiã cum ſale, pituitas trahit illitus, uel contritus cum oximelle & ſale, pellitq́ uentris animalia.

Pituitam & bilem detrahit peucidani radix.

Anagallis ex aqua, mulſa.

Epithymon, qui eſt flos è thymo, aluũ ſoluit cum 4. drachmis ad ſex, cum mellis exiguo, ſaliſq́ & aceti.

Leuiter ſoluit Nymphæa in uino auſtero.

Pycnocomi radix, in aqua mulſa xij pondere denariorum, & aluum & bilẽ

&,

& pituitam exinanit.

Detrahit bilem polypodion, exprimitur ſuccus radicis aqua madefacta, & ipſa conſciſſa inſpergitur oleri & betæ & maluiæ, uel ſalſamento, uel cum pulticula coquatur ad aluum leniter ſoluendam, uel in febri detrahit bilem & pituitam.

Scammoneum quoq; diſſolutionem facit, bilem detrahit, aluum ſoluit, præterq; ſi adijciantur aloes drachmæ duæ obolis eius duobus.

Hydropem purgant Tithymalli, trahunt pituitam ſale adiecto in mulſa, media potio tribus obolis conſtat.

Aloes bibitur cochlearis menſura, in duobus cyathis aquæ tepidæ uel frigidę, bis, térue in die, ex interuallis, ut res exigit, purgationis etiam cauſſa, plurimum tribus drachmis.

Alypon aluum ſoluit in aqua mulſa, addito ſale modico.

Androſæmon tuſum cum ſemine, potumq; matutino uel à cæna drachmis duabus in aqua mulſa, uel uino uel aqua pura totius potionis ſextario, trahit bilem.

Aſſyrion & aſſyroides bilem detrahit. Lib. 27. cap. 5.

Ab-

Abſinthium, quod etiã animalia unã cum ſtercore eijcit.

Calla, ea quæ aro ſimilis eſt. cap. 8.

Thelipteris ſilicis genus, primo bilem trahit, mox aquam. cap. 9.

Hypophæſtum, ſuccus eius extrahitur ad ſoluendam aluum, tribus obolis, maxime in comitialibus, & hydrope. cap. 10

Polygomati ſemina largius ſumpta, ſoluunt. cap. 12.

Peplos bilem ac pituitam detrahit. Cap. 12.

Cameli cauda areſacta, ſoluit aluum. Lib. 28. cap. 8.

Idem præſtat eius urina, quæ à quibuſdam ad hoc ſeruatur.

Soluunt uentrem quoq;.

Mercurialis beta & malua, in iure porcino coctæ.

Polypodium cum pauco cinnamomo.

Eſulæ puluis præparatus cum pauco cinnamomo.

Agaricus & hermodactyli, contemperati in uino.

Vini maluatici cyathus, adiecto butyri recentis, & in eo ferueſacti unci. 1. & bibita.

Reli-

Reliqua ex tabulis noſtris pete ſimplitium pharmacorum.

EX DIOSCORIDE LIbro primo, uentrem ſoluentia.

IRis bilem & craſſam pituitam purgat, ex hydromelite drachmis ſeptem epotis.

Aſari radices, ſenis drachmis ex aqua mulſa potæ, purgant ueratri modo.

Balaninum oleum.

Oleum grani Gnidij potum.

Roſaceum potum.

Suſinum oleum epotum, bilem extrahit.

Irini ſpiſſamentum menſura cyathi.

Styracis modicum cum rheſina terebinthina bibitum.

Amygdalæ.

Ex Libro ſecundo.

Sepia cocta.

Recens felis in cibo, nutrit, & facilem prebet aluum.

Cobius piſcis potu datus.

Recentium piſcium ius, modo per ſe, modo ex uino potum.

Serum lactis, quando ſine acrimonia uolumus deiectionem moliri.

Caſe-

Caſeus recens, modice emollit.

Lac largius epotum.

Felle omni perfacilem, præſertim infantibus, deiectionem quis molietur, ſi intinctum in eo tomentum ſedi ſubijciat.

Tragos.

Linum.

Phaſeoli.

Omnia genera Lapathi.

Braſſica marina.

Cauliculi aſparagorum in cibo comeſti.

Succus cucurbitæ feruefactæ & expreſſæ, cum melle & nitro exiguo potus.

Item uinum in cucurbitam recentem, excauatam, infuſum, ſi miſtum ſub diuo teneatur, epotetur.

Lactucæ comeſtæ.

Ocinum.

Thlaſpe bilem & pituitam utramque extrahit, potum acetabuli menſura.

Radicula, ſiue lanaria herba.

Semen & flores haſtulæ regiæ in uino poti.

Scylla, eius uſus eſt, ad ſingulas aſſæ partes adiectis octonis toſti ſalis, cochle-

at

at unum aut alterum ieiunis dare.

Agaricus drachma una aut altera, ſi cũ aqua mulſa bibatur.

Centauream decoctam, bilem & craſſos humores per aluum educit.

Ex libro tertio.

Aloe ſtomachum repurgat, binum cochlearium menſura, in aqua frigida, aut lacte pota.

Deuorata cum rheſina, aut cum aqua, uel melle cocto, ſumpta, aluum ſoluit.

Abſinthium marinum.

Hiſſopus, craſſum humorem extrahit, decoctum ex aceto mulſo, atq; epotum.

Origanum acetabuli menſura, in aqua mulſa potum, atros humores extrahit.

Tragoriganos bilem deijcit.

Succus dictami illitus, aut cum polenta tritus.

Pulegium atram bilem per aluum deijcit.

Peucedanum.

Ammoniacum potum.

Syluestris lychnis.

Parthenium, non ſecus atq; epithymũ bilem atq; pituitam detrahit.

Aiuga, uel Chamepithys trita in fari-

nam, & cum fico in pilulis ſumpta.

Ex Libro quarto.

Betonica.

Semen Clematitidis bilem atq; pitui=tam detrahit, in aqua aut hydromelite potum.

PHLEGMA DVCENTIA.

| | |
|---|---|
| Turbith. | Cartannis. |
| Hermodactyli | Anacardi. |
| Eſula. | Euphorbium. |
| Tapſia | Laureola. |
| Ariſtolochia. | Agaricus. |
| Sarcocolla. | Myrabolani kebuli. |
| Tithimallus | |
| Radix cucurbitæ. | |
| Ciclamen. | Centauream. |

Ducentia choleram.

| | |
|---|---|
| Aloe. | Lupulus. |
| Abſinthium. | Centaureum. |
| Tamarindi. | Fumus terræ. |
| Pruna. | Scammonium. |
| Mirabolani cittini. | |
| Helleborus. | Caſſia fiſtula. |
| Serum lactis. | Succus uiolarũ. |
| Succus roſarum. | Manna. |

Compoſita.

Electuariũ de ſucco roſarũ. Diaprunis.

Ducen

Ducentia melancholiam.

Mirabolani Indi.
Helleborus niger.
Lapis lazuli.
Sticas.
Iuncus quadratus.
Scylla.
Lapis lyncis.
Capilli Veneris.
Sene.
Thymus.
Polypodium.
Centaurea mai.
Epithymus.
Serpentaria.
Succus caulium.

MIXTOS HVMORES educunt.

Phlegmati & Cholerę communia ſunt.

Polypodium.
Cataputia.
Agaricus.
Centaurea minor.
Helleborus uterq;.
De pondere & correctione uide ſuo loco.
Tithymalli.

De Helleboro.

Helleborus niger, & phlegma & choleram purgat, confert etiam cancro & ſurditati.

Datur mixta Scammonio.

Sufficit & radix ſicca & infuſa in uino aut oxymelle.

Propinatur & cum iuſculo gallinæ.

Item cum ptiſana.

Item cum lenticula cocta, additis ſuis correctiuis.

Corrigitur autem pipere, aniſo, origano, dauco, petroſelino, & calamento.

Doſis eius uſq; ad ℈.1. & ſemis in puluere, in pilulis uſq; ad ℈.1.

## De Coccognidio.

COccum gnidium purgat phlegma & choleram.

Dabantur eius grana numero 30. olim Item 21. cum melle uel mulſo.

Bibuntur & cum uino.

A potione modico oleo abluitur gurgulio propter incendium.

## De Mercuriali.

Mercurialis herbæ folia, molliter cocta, & commeſta. ſtercora ſufficienter deponunt, ſed minus.

Bibitur & decoctum eius, cum uino tẽperatum.

## De polypodio.

Polypodium phlegma & choleram educit.

Datur in mulſa.

Item in iure gallinaceo.

Item cum ptiſana cocta.

## De Aloe.

Datur cum mulſa, educit phlegma & choleram.

Trita & inſpiſſata cum ſucco braſſicæ, ut fiant ex ea catapocia.

Fiant ex ea & catapocia ex melle coćto, uel reſina terebinthina.

Dabatur eius drach.1. cum Scammonij granis duobus uel tribus, ueteribus hodie datur eius drach. ſem.

Non datur niſi elota, neq; in paſſionibus epatis, neq; in ſanguinis fluxu, hæmorrhoidarum uel menſtruorum.

De Scammonea.

Dantur eius grana tria uſq; ad ℈. ſem. non correćta mirum in modum obeſt.

De fumo terræ.

Datur in aqua eius deſtillata, ſucco atq; decoćto.

Succi eius doſis ℥.ij.

Aequiparatur ſucco foliorum, uel florum perſicorum.

Confirmatur eius operatio, cum aqua laćtis, decoćtio paſſularum, et aqua abſinthij.

De Rhabarbaro.

Datur pondere drach.1. & ſe.

Correćtiua eius ſquinantum & ſpica.

Poſtulat autem drach.1.rhabarbari, ſpicæ ſeu ſquinanti ℈.ſe.

Siquando in aqua datur, addi debet ℈.1.

Et torrefacto nihil pręſentius in fluxu Cholerico & dyſenterico datur torrefactum à drach.1.& ſem.uſq; ad drach .ij. Neq; tunc opus habet ſpica uel ſquinanto correctiuis.

De aqua caſei.

Aqua caſei magis reſpicit humores ad uerſos.

Datur pura, pondere ℥.v.

De Tamarindis.

Tam in puluere, q̃ pilulis dantur Tamarindi, hodie frequenter infundũt hoc modo.

Contuſi in aquam Endiuiæ uel menthæ pro ratione infirmitatis, idq; duabus horis, inde exprimuntur & percolantur.

Pondus eorum drach 1.

Nauſeam mouent, unde ſtomachicis aquis infunduntur.

De Pſilio.

Datur ut fumus, uidelicet aqua, decoctum puluis & ſuccus.

De Turbith.

Tur-

Turbith non detur niſi cum ʒʒ · uidelicet ut ʒʒ. quantitas ſit ſubdupla, uerbi gratia: Recipe Turbith ℈.ij.ʒʒ.℈.1.

Lędit cor, idcirco præmiſcētur illi medicinæ cordiales.

Conturbat etiam uentrem, quare cum pannis calidis poſt euacuationem uēter eſt calefaciendus.

Dantur & enemata uel ſuppoſitoria.

De Agarico.

Agaricus non debet miniſtrari niſi correctus, Corrigitur autem cum oxymelle, ſale gemmato, & ʒʒ.

In liquido ſi dandus ſit, corrigatur cū oxymelle, in puluere & pilulis cum ſale gemmato & ʒʒ.

Et quia nauſeā mouet, adduntur quoque illi ſtomachica, ueluti coriandrum, aut panis infuſus in aceto, uel uino granatorum, quibus poſt ſumptionem erit utēdum.

Sunt qui adijciant cinnamomum, gariophyllos, calamum aromaticum, & maſticem.

Doſis eius eſt à drach.1·uſqꝫ ad drac.ij. boni ponderis·.

Correctiua dantur ſubſcripta, & ſic:

Recipe Agarici præparati drach.1. ſa=
lis gemmæ ℈.1. Miſce, fiant pilulę uel pul=
uis.

Non præparatur cum oxymelle, niſi fruſtatim inciſus, & humectatus ſaltem quatuor horis.

De Colocynthide.

Colocynthis, quia non ſolum ſtomachum offendit, & reliqua inteſtina, datur cum utriſq; medicinis, cordis ſcilicet & ſtomachi.

Raro tamen ea eſt utendum, datur in apoplexia, paralyſi, & reliquis, ut in remotis exiſtit infirmitas, datur & in colica.

Doſis eius eſt drac.1. & drac.1. & ſem.

In clyſtere uſq; ad drac.iij.

Miſcetur & glandibus.

De Cucumere Aſinino.

Datur in pilulis, ſucco & pulueribus, maxime uero in hydrope.

Doſis eius in pilulis. ℈.1.

Succi eius trahendi per cineres dra. ſe.

Aquæ eius drach.1.

Purgat caput & loca remotiora.

Succus eius tractus atq; ſorbtus naribus, purgat catarrhos, ſed miſcẽda aqua

Endi=

Endiuiæ uel acetoſæ, & os aqua frigida replendum, & toto eo tempore quò in naribus tenetur ſuccus, ne ad inferna penetret.

Forma componendi ex eo pilulas.

Recipe ſucci cucumeris aſinini drach. i maſticis drach. ſe. fiant pilulæ cum ſyrupo de mentha, & exhibeantur pacienti duæ uel tres, ad ſummum.

De Mirabolanis Kebulis & belliricis.

Mirabolani quia amari ſunt, nunquã dari debent ſine ſacharo & paſſulis, ita ꝙ quantitas ſachari ſit ſubdupla ad Mirabulanos.

Doſis eorum infuſorum eſt uſq; ad dr. iij. & ſe.

De ſale gemmato.

Seorſim nunq; datur, miſcetur autem alijs medicamentis phlegma euacuantibus

Doſis eius in mixtura ℈ i. in clyſteri uſque ad drach. ij.

Raro datur præterq; in glandibus conficiendis, quibus commode miſcetur, præſertim in cholica.

Sed non diu retineatur, quia excoriationem

onem inducit.

De Euphorbio & Eupatorio.

Raro eſt Euphorbij uſus, præterquam in medicamentis capitalibus, unde ſternu-tamentis miſcetur.

Datur in Apoplexia, & capitis repleti-onibus.

De Hermodactylis.

Hermodactylorum exhibentur, pul-uis, ſuccus, & pilulæ.

Emendant hermodactylos ℨ. & men-tha.

Lædunt ſtomachum, inducunt uento-ſitatem, & tardius mouent.

Doſis earum in pilulis eſt drach. 1. pul-ueris ℈. ij.

Datur autem mane.

DE SOLVENTIBVS melancholiam.

De lapide Lazuli.

TAm in puluere, quam in pilulis datur.

Emendatur in cordialibus, bugloſ-ſa, borragine, oſſe de corde cerui, cortici-bus citri & huiuſmodi.

Doſis eius in puluere à drach. 1. uſque ad drach. 1. & ℈. 1. In pilulis drach. 1.

De lapide armeno.

Da-

Datur cum uino aut aqua dulci, lotus.
Doſis non loti drach. i. Loti drac. ij.
Emendatur cum medicinis cordialibus.

De Epithymo.

Datur in ægritudinibus capitis, hepatis, ſplenis apoplexia, & huiuſmodi.
Rectificatur cum uno grano piperis, & ſalis gemmati.
Datur in mane.
Doſis pulueris drac. iij.
Decocti drac. iiij.
Pilularum dra. i.

De folijs Sene.

Conferunt cerebro & cordi, melancoliamq́ & triſtitiam excutiunt.
Datur cum brodio gallinarum aut carnium.
Item cum uino bono, aut ſale gemmato.
Doſis eius uſq; ad drach. vi.

De Chamedri.

Chamædrys præparatur, ut fumus terræ.

BARTHOLNMEI MONtagnaniæ Regulæ, de pharmacorum adminiſtratione.

Regu-

Prima Regula.

SEmper minor eſſe debet doſis medicinæ ingredientis compoſitioné, quæ eſt eleuata in gradu, ꝙ medicinæ, quę nõ eſt ſic eleuata in gradu, ut ſi ſpica nardi chamomillæ adiungatur, minor debet eſſe doſis ſpicæ nardi ꝙ chamomillę, quę eſt calida & ſicca in primo, & in prima manſione.

Secunda Regula.

Maior debet eſſe doſis medicinæ habentis reſpectum ad longinquas partes, ꝙ habentes reſpectum ad propinquas, ut agaracus habet educere phlegma à toto corpore, maior tamen eſt eius reſpectus ad ſtomachum. Et hermodactyli maiorem habét reſpectũ ad iuncturas, quare in comparatione eorum cũ agarico, maior debet eſſe doſis hermodactylorũ, ꝙ agarici, ad educendũ phlegma ex utriſq;.

Tertia Regula.

Minor debet eſſe doſis Scammoneæ ꝙ Rhabarbari, & tanto minor doſis, quãto excedit in gradu.

Quarta Regula.

Medicinarum ingredientium compoſitionem multorum iuuamentorum, & ue

uelocis operationis, minor debet eſſe doſis, quam medicina multorum iuuamentorum & tardæ operationis.

Quinta Regula.

Doſis mediciuæ habentis plura iuuamenta, debet eſſe maior quam habentis solū unum iuuamentum. Ratio eſt, quia raro eſt quin medicinæ aliqua includunt nocumenta, ſed illa nocumenta corriguntur, per pluralitatem iuuamentorum. Sicut in Theriaca, caro tyri ponitur in pauca doſi, qui eſt uenenum, & habet petere cor, tamen quia rarefacta per alias medicinas ingredientes, quæ ſunt multorum iuuamentorum, antequam ſuam perficiat operationem, aliæ medicinæ præceſſerūt & fecerunt potentiorem operationem.

Sexta Regula.

Doſis medicinæ raræ debet eſſe amplior, quam doſis medicinæ ſubſtantię denſæ.

Septima Regula.

Doſis medicinarum egredientium, habentium unum iuuamētum tantum uel plura, per ſe illa operantia, debet eſſe maior, quam medicinarum non operantium ſolum per ſe, ſed cum aliis. Vnde illæ medicinæ ſolum operantur per ſe, quæ nō in-

di-

digent conſolatione, non per ſe, quæ æ=
gent conſolatione.

Octaua Regula.

Medicinarum ingredientium compoſitionem ratione ſuorum iuuamentorũ, quæ per ſe producunt, & cum hoc conſolidandi alias medicinas, maior debet eſſe doſis, ꝙ medicinarum ingredientium, ratione unius tãtum. Vnde abſinthij doſis drach. 1. ſumitur, ſi tamen ſumatur cũ alio, ratione iuuamenti ſui, & conſolationis debet eſſe drach. ij.

Nona regula.

Medicinarum ingredientium compoſitionem ratione conſolidandi, doſis debet eſſe maior ꝙ medicinarum quæ conſolantur.

Decima Regula.

Medicinarum ingredientium compoſitionem ratione conſolandi, doſis aliquando debet eſſe maior, & aliquando debet eſſe minor.

Vndecima Regula.

Aliquando ponimus in una baſi duas medicinas contrarias, appropriatas diuerſis membris, quia natura poſtea diuidet unicuiqꝫ ſuum conueniens, quia uni=
cuiqꝫ

cuiq́ membro naturale eſt, ſuum diſcon-
ueniens remouere. Et iuuat adhoc attra-
ctiua, & aſpectus membri.

Duodecima Regula.

Præter baſim uel baſes, aliquando miſcemus cum baſi eius operationes iuuantes, quæ ſunt ſimilis operationis, ut in Teriaca miſcemus Tyros, & terram ſigillatam, quæ ualent contra uenenum, ſicut caro Tyri.

Decimatertia Regula.

Quandoq; etiam iuuatur baſis per aliam medicinam, quæ ſibi præparat medicinam, ut obediat ei, & ſic cum Turbith miſcemus ʒʒ. Aliquando miſcemus repræmentia, ut in Thyriaca miſcemus bezoar ſuper uenoſitate carnis Tyri.

Quia aloes ſua mora eſt excoriatiuum, miſcemus bdellium & aniſum, quia nocet ſtomacho, miſcemus ſandalos & maſticem.

De gradibus pharmacorum.
Regula decimaquarta.

Solutiuorum ſunt quatuor gradus, in primo gradu cenſentur, aqua lactis, ſyrupus uiolarum, mel roſatum colatum. In ſecundo ordine, Tamarindi, caſſia fiſtu-
la,

la, manna & ſimilia. In tertio ordine, polypodium, rhabarbarum, & ſimilia. In quarto ordine, Scammonea, rhabarbarum ſerapinum, & coloquintis, & ſimilia.

Doſis quid.

Doſis eſt quantitas determinata, uel pars aliqua pharmaci ſimplicis uel compoſiti, quæ de ſe eſt apta nata facere operationem ſufficientem, non diminutam & non ſuperfluam.

Decimaquinta.

Per rationem doſim ſic poſſumus inueſtigare. Quodlibet pharmacum cuius doſim quærimus, aut eſt in primo gradu uirtutis, uerbi gratia, in ſolutiuis ponimus, quia in his magis quęrimus doſim, ut ſerum lactis, ſyrupum uiolatum, & tũc doſis horum incipit ab ℥.1. & tendit ad V uel ſex, ſecundum gradum quem obtinet inter ſolutiua, primi gradus inferior, aut mediã minor & maior, poteſt enim ad quartum uel ſextum & octauum, & etiam eſſe in medio.

Aut tale pharmacum eſt in ſecũdo gradu ſolutiuorum, & huius doſis incipit à ℥.ſe. & uadit uſq; ad ℥ ij & media, medio modo. Si

Si uero ponitur in tertio gradu, doſis minor eorum incipit ab drach. 1. & tẽdit uſq; ad drach. ij uel. iiij.

Si uero ponitur in quarto gradu, doſis minor incipit à granis duobus, & tendit uſq; ad ℈. uel drach. 1.

Decimaſexta Regula.

Quam cuiq; medicinæ doſim inſcribas, perpendere oportet ex ætate, loco, tempore, & circumſtantijs eius, cui daturus es pharmacum conſyderare, & ſecundum rationem demere uel addere doſibus ab autoribus præſcriptis, alioqui facile pro antidoto uenenum propinaueris. Nota, ꝙ hic canon ſeruit ad titulum de doſibus medicinarum compoſitarũ, quem ſupra poſuimus.

Decimaoctaua Regula.

Eadem eſt proportio pharmacorum in toto compoſito, & in qualibet parte. Et quia in toto compoſito eſt pars illa ſcãmoneæ, & in qualibet parte eſt illa pars eius. Accipiatur ergo doſis huius pharmaci, ſcilicet dra. ij. & uideamus, an ſit conueniẽs doſis in his drach. ij. Octaua pars eſt Scammoneæ, & dimidia doſis eſt ℈ſ. quia octaua pars eſt quarta drac. 1. Scã-

F mo

moneæ, quæ eſt ℥·xv. quæ eſt maior do-
ſis Scammoneæ, quia hic eſt compoſita
Scammonea cum alijs pharmacis ſoluti
uis, & quia ſic eſt, oportet ꝙ ponatur do-
ſis minima, quia ibi ſolutiua uniunt adin
uicem operationem Scammoneæ, ideo
doſis hic prædicta eſt nimis magna, &
ideo non eſt dáda. Nam ſi eſſet aliquod
ſolutiuum, cum ſeptem ℥. Scammoneę,
adhuc per ſe eſſe maxima doſis, propter
quod non damus illius pharmaci dra. ij.
quia in dra. i. illius pharmaci erant ℥·vij.
Scammoneæ, & illa eſt ſufficiens doſis
quoniam eſt compoſita cum alijs ſoluti-
uis, & maxime quando non eſt ibi ſoluti
onem prohibens.

EIVSDEM BARTHOLO
mei canones alij, in compoſiti
one medicaminum ob-
Primus Canon.

MEdicinarum temperatarum, nõ eſt determinata doſis· Ex quo quanto plus de illis exhibetur, tanto maior ſequitur confortatio·

Secundus Canon·

Omni hora licet medico medicinam exhibere temperatam, tam ab intra quã ab extra.

Ter-

Tertius Canon.

Nulla frigiditas ſenſibiliter lædens aliquod membrum corporis humani, poteſt ſimpliciter expelli per aliquam medicinam ſimplicem, calidā in primo, neq; per medicinam ex his compoſitam.

Quartus Canon.

Mala complexio frigida ſic eſt expellēda, ut à minimis incipiens, ſemper ad fortiora conſcendas.

Quintus Canon.

Nihil melius eſt, q̄ ex pauciſſimis ſimplicibus medicinas componere, alioqui in pluralitate, uirtus unius remittit uirtutem alterius.

Sextus canon.

Plurimum expedit medicinas etiā localiter adplicare, ſcilicet per ſacculos, epithimata, & embrocationes.

Septimus Canon.

Ad remouendum uentoſitatem, & reſoluendum, nihil melius eſt, q̄ ante omnia medicinas adplicare in primo gradu calidas.

Octauus Canon.

Duobus ſimplicibus concurrentibus ad unam compoſitionem, quorum unū

intenſæ,alterum debilioris qualitatis ſit, in maiori quantitate datur, quod fuerit debilius,ut ſi camomilla concurrat cum Euphorbio,minus Euphorbij ſcribitur; Camomillæ plus.

Nonus Canon.

Medicinarum quæ ſunt uelociſſimæ operationis, ut ſunt frigida & calida in quarto gradu,eorũ ſemper minima quã= titas ponatur.

Decimus Canon.

In medicinis opiatis,non correctis,nõ datur ultra ℈ 1.

Vndecimus Canon.

Ante omnia incipiendum exiſtimo à medicina ſimplici,quod ſi non ſuccedat, tum primum ad compoſita ueniendum eſt.

DE COMPOSITIONE Sacculorum.

SAcculi diuerſis partibus corporis ad= plicantur,in primis tamen capiti,cor= di,ſtomacho,& epati,ſed diuerſa eſt eo= rum compoſitio.

Capitales ſacculi componũtur ex me= dicinis cerebrum confortantibus, ut ex Sticade maiorana,& reliquis, de quibus

de infra noſtras tabulas.

Sic cordiales ex medicinis reſpicientibus cor, & his quidem temperatis, Cordiales autem medicinas uide infra in tabulis.

Nota etiam ꝙ ſacculi capitales & cordiales fiunt frequentius ex pulueribus & medicinis pulerizatis, alij uero ex herbis paulatim contuſis, aut ex ſeminibus, folijs aut ſuccis.

Aduerte etiam ut gradus ipſos obſerues, uidelicet ut ſemper medicinis in primō gradu, calidis ſuccedant medicinę in ſecundo gradu calidæ, & ſic deinceps.

De Sacculorum figura.

Sacculi capitales formentur oblongi, longitudine ſex digitorum ad modum quadranguli, cuius duo latera æquentur, reliqua contrahantur, in latitudine quoque non ultra quatuor digitos habeant.

Stomchales, & ita cerata ſtomachalia, fiant triangulares, ita ut acumen tangat os ſtomachi, pars hebetior inferna.

Cordiales formentur quadrati, octo digitorum longitudine, latitudine duorum.

Oblongi formentur qui epati debent imponi.

## DE IVVAMENTIS oleorum.

### Olea mitigatiua.

ROſatum, Camomillæ, anethinum liliorum, papaueris, Meliloti, keiri, uiolarum, lactucæ.

### Confortatiua neruorum.

Oleum de ſemine lini.

Roſarum. Chamomillæ.

De lumbricis terræ. De Citonijs.

Irinum. Coſtinum.

De Keiri. De Enula.

Myrtinum. De Storace.

Nardinum.

### Olea pectoralia.

Oleum de Carthamo.

Amygdalarum dulcium.

Violarum. Irinum.

Anethinum. Liliorum.

Nenupharis.

### Stomachica olea.

Nardinum. Spicæ nardi.

De Citonijs. Myrtinum.

Coſtinum. De abſinthio.

Roſaceum. De mentha.

Seſaminum.

### Epatica.

Amyg-

Amygdalarum dulcium.
De ſpica.
De maſtice.
Irinum.
Roſaceum.

Confortatiua ſplenis.

Nardinum.
Laurinum.
Euphorbij.
De Cappari.
De fiſticis.

Confortatiua renum.

De lilio.
Rutæ.
Amygdalarum amararum.
Iuulæ.
Vulpinum.
Scorpionum.
Seſaminum.

Ad podagram.

De Iuſquimao.
Coſtinum.
Amygdalarum amararum.
De lilio.
De auellanis.

## DE ORDINATIONE Clyſteriorum.

CLyſteria quædam ex decoctione herbarum conficiunt, ut bleta mercuriali, malua, uiolis, & huiuſmodi. Quędam etiam medicinis ad propoſitum ſeruientibus.

Quædam ex ſimplicibus ſolutiuis, ut Turbith, ſale gemmato, & colocynthide.

Doſis primi eſt dr. ij. ſecundi, drach. i. tertij, drac. ij.

Compoſita quæ ingrediuntur,ſunt electuarium diaphiniconis,Iera picra, Ieralogodion,electuarium de baccis lauri, Benedicta laxatiua,Lithontribon,Caſſia fiſtula,Electuarium Diaſenæ.

Electuarij diaphniconis ℥ 1.
Ieræ pieræ uſqȝ ad dr.ſex.
Ieralogodij uſqȝ ad ℥.ſe.
Electuarij de baccis lauri uſqȝ ad drach.v.
Doſis. Benedictæ uſqȝ ad ℥ 1.& ſem.
Lithontribi uſqȝ ad drach.vi.
Caſſiæ fiſtulæ uſqȝ ad ℥.1.& ſe.
Electuarij Diaſene uſqȝ ad un.ij.

Clyſteria nutritiua fiunt ex iure caponis & gallinarum, & reliquorum optime nutrientium.

Debent etiam ſemper præcedere clyſteria pharmaca ſoluentia,uel loco clyſteris glans.

De clyſteribus uide alibi plura.

SIMPLICIA CLYSTERiorum.

| Calida. | Frigida. |
|---|---|
| Camomilla. | Malua. |
| Parietaria. | Althæa. |
| Melilotum. | Mercurialis. |

Men

Mentha. Bleta.
Anethum. Violaria.
Origanum Fragaria.
Ruta. Lactuca.
Mater uiolarum.
Calamentum. Spinachia.
Centaurea. Nenuphar.
Branca urſina. Portulaca.
Abrotanum. Plantago.

Semina.

Lini. Marathri.
Fœnogræci. Siſeleos.
Cimini. Vrticæ.
Petroſelini. Aniſi.
Apij. Dauci.
Carui. Cartami.
Cardamomi.

Radices.

Fœniculi. Polypodij.
Petroſelini. Aſari.
Apij. Aſparagi.
Bruſci.

Solutiua.

Centaurea. Diacatholicon.
Medulla Cartami. Ieralogodion.
Iera ſimplex & picra.
Electuarium de baccis lauri.

Benedicta. Sal gemmatum

Sal commune. Sal armoniacũ.

Colocynthis. Trochiſci alhan.

Diaphnicon. Caſſia.

Abſterſiua.

Mel roſaceum. Vitella ouorum

Parietaria. Semen Cartami

Notio.

Nulli clyſteri abſterſiuo indi debet oleum, quoniam prohibet abſterſionem.

FORMVLAE ALIQVOT clyſteriorum ordinandorum.

Clyſter conferens delicatis, & cholicis, educens phlegma & melancholiam.

RECipe aniſi triti, polypodiȷ̆ añ. dr.ij. bulliant in ſero caprino lib. ſe. quibus percoctis, cola, & colaturæ adde ueræ pieræ ℥.1 mellis drac.ij. ſalis communis drac.1. olei uiol. ℥.ij.

Clyſter abſterſiuus.

Recipe aquæ ordei lib.1. uitella ouorũ numero ij. ſachari rubei ℥.ij. ſalis drac. ij.

Quando materia eſt ſicca. Recipe ſolius olei uiolarum, & poteſt exhiberi prægnantibus.

In Cauſone clyſter alteratiuus. Recipe

pe aquæ hordei lib.1.olei uiolarum ℥.iij. Caſſiæ drachm.10.ſachari rubei ℥.ij.ſalis drac.ij.

In Cholica.

Recipe lactis uaccini lib.1. Caſſiæ un.1.& fiat clyſter.

REGVLAE OBSERVANdæ in dandis clyſteribus.

Prima. Clyſteria tantum auxiliantur inteſtinis.

2 Maiorem in modum conferunt in colica,& paſſionibus inteſtinorum.

3 Dantur & in paſſionibus renum, cordis & epatis.

4 In colica,non dentur enemata acuta, & uehementia,niſi poſt materiæ digeſtionem,quia cor & epar debilitarent.

5 Non dentur clyſteria, niſi facta prius in ſtomacho concoctione.

6 Clyſteria ne nimis frequentato,quoniam uires debilitant.

7 In paſſionibus renum æger iaceat ſupinus,& pedibus eleuatis, ſic enim fiet, ut fortius ad ſe attrahant renes.

8 Non frequententur clyſteria in tempore calido,neq; à ſumpto cibo.

9 Clyſteriorum operationé, balnea promouent.

De

## DE DIFFENTIA CLYſterium.

CLyſteres quidam dantur ad mollifi-candum, in uehementi mentis con-ſtipatione.

Hi maxime parãtur ex malua, bis mal-ua, mercuriali, uiolacea, quibus additur parum furfuris & ſalis. Item oleum uiolacum, butyrum recens.

## Clyſter mordicans.

Fit ex abſinthio, abrotano, calamento, origano, quibus in decoctione additur parum mellis, & ſi uelis purgare phleg-ma, parum polypodij.

## Clyſter mundificans, ad dy-ſenteriam.

Fit ex rebus mundificanti bus, ex lenti bus, ordeo mundato, fabis, & decoctio-ni adde mel.

## VARIORVM CLISTE-rium typi.

REcipe maluę matrum molarum añ. m·i·fiat decoctio, de qua accipe unc. xij·uel xiij· caſſiæ fiſtulæ extractæ, noui· mellis pul. zuc añ· dra·vi. olei com·un. iij ſalis communis dra ij·miſce et fiat clyſte-

re

re, uel loco decoctionis dicti ponať bro-
dium pulli uel carnium., doſis dicta etiã
erit conueniens.

Clyſtere lenitiuum & alteratium, conueniens in febribus magnæ inflammationis.

Recipe matrum uiolarum maluę añ. ℈.1. mercurialis ſpinachiæ nenufaris añ. tertiam partem ℈.1. lactucæ uel portulacæ uel uirgæ paſtoris uel ſemperuiuæ añ. quartam partem ℈.1. fiat decoctio cũ lib. 12. aquæ, uſq; ad conſumptionem tertiæ partis, de qua colatura accipe ℥. xij. uel 16 olei uiol. ℥. iiij. ſalis triti dra. ij. miſce.

Clyſtere lenitiuum & abſterſiuum, conueniens in feb. colericis & Phlegmaticis.

Recipe blitis maluæ mercurialis añ. 1. ord. matrum uiol. ana tertiam partem ℈ 1. fiat decoctio in lib. xij. aquæ uſq; ad conſumptionem tertiæ partis, & in fine decoctionis addatur caulium ℈. 1. et iterum buliant per unicam bulitionem, deinde recipe dictæ decoctionis ℥. 12. uel 16. caſſ. mel. zuc. ru. añ. dra. vi. uel unciam unam mel. uiol. ℥. 1. olei communis ℥. iij. ſalis triti dra. ij. miſce & fiat clyſtere.

Cly-

Clyſtere conueniens paraliticis.

Recipe ſaluiæ, rutæ, ſticados, maluæ, mercurialis, centaureæ, furfur. camomillæ añ. iij. partem ℈. i. Fiat decoctio in aqua ſufficienti uſq; ad conſumptioné iij. partis, de qua poſt colaturam accipe ℥ xij uel xvi. hierepicræ uel benedictæ ſimplicis uel hierologodion ℥ ſemis, caſſiæ ℥. i. mellis roſati colati ℥. ſe uel dra. vi. olei cómunis uel camomillæ ℥. iij. ſalis communis triti drach. ij. poteſt enim addi ad prędictam decoctionem ſem ani. & fœni. & cimi. & tunc erit fortius.

Clyſtere carminatiuum uentoſitatis.

Recipe ſemen ani fœniculi, aneti, carui, cimini, florum camomillæ, mellil. añ. ℥. ſe. florum rutæ ℈. ſe furfur. ℈ i. fiat decoctio uſq; ad conſumptionem tertię partis uel medietatis, de qua colatura accipe ℥. xij. uel xvi. mellis roſati colati medullæ caſſiæ, hierepigræ uel benedictæ añ. ℥ ſe. olei, rutæ, uel aneti uel camomil. ℥. iij. ſalis triti drach. ij. miſce, & calidum imponatur, poſſunt etiam addi iſta, & fiet fortius, ſcilicet, baccæ lauri, ameos, centaureæ minoris, cartami, polipodij, ſemen li

ni, fœnigræci, origani, calamenti.

Clyſtere lauatiuum & abſterſiuum conueniens in fluxibus.

Recipe aquæ decoctionis ordei uncias xij. uel xvi. pulueris, zuccari, mellis roſati colati añ. un. ſe. uitelli ouorum recẽtium numero ij. olei uiol. unc. ij. miſce omnia bene incorporando, & fiat clyſtere.

Clyſtere conſtrictiuum, & eſt conſolidatiuum, conueniens in fluxibus.

Recipe plantag un. ſe. roriſmar. ſiccar. galla. mirtillo. ſumach. an. un. ſe. fiat decoctio in ſufficienti quantitate aquæ pluuialis, uel aquæ extinctionis calybis uſq; ad conſumptionem tertiæ partis, de qua colatura accipe unci. xij. uel xvi. & in ea diſſolue ſepi herini un. 1. ſuc. plant unc. ij. & addantur infraſcripti pul. Recipe gumi arab. terræ ſig. boli armeni añ. drac. 1. pulnerizentur & addantur.

Clyſtere confortatiuum abſterſiuum & incitatiuum appetitus.

Recipe uini al. odor. unc. 8. urinę pueri un. 4. uel 6. mellis colati & deſpum. un. iij ſal. com. triti dra. ij. olei com. un. iij. miſce & fiat clyſtere.

FINIS.

179080

